

05
A
1829



THESAVRVS
DICTIONUM HAGIO-

GRAPHICÆ LINGVÆ CHALDÆÆ
EX CANONICÆ ANTIQVITATIS PURITATE, DA-
nielis nempe & Ezræ residuis monumētis Chaldæis collectus:
In quo concinnando in id potissimùm opera data est, ut dictio-
nes Hagiographicæ Chaldææ à crudioribus Iudæorum & Pon-
tificiorum, præsertim Roberti Bellarmini & Guidonis
Fabricij & aliorum, illitis æquivocationibus ac
depravationibus defecarentur.

AG

In illustri Witebergicâ Academiâ publicè pro-
positus Disputationi alteri,

In qua ordine recitantur & explicantur singulæ di-
ctiones Hagiographicæ Chaldaicæ usque ad numerum
ipsarum dimidium.

De qua σλω Ισω

Corrigenda

In Auditorio majore Theologico

Ad diem 31. Maij.

P R A E S I D E

M. ABRAHAMO GIBE-
LIO TORGENSI,

Respondebit

OTHO MVSMACHERVS, MEL-
lerstadius Francus.

W I T E B E R G Æ,

Typis Cratonianis, per Iohan. Gorman, Anno 1606.



CLARISSIMIS

Reverendâ dignitate, sincerâ pietate, humanitate eximiâ, eruditione solidâ, orthodoxæ religionis curâ, cæterarumq; virtutum præstantissimarum laude vel maximè conspicuis Viris,

Dn. THOMAE SCHALLERO, Meiningensis:
Dn. M. IOACHIMO ZEHNERO, Schleusingensis:
Dn. M. CHRISTOPHORO SCHADIO, Sulanæ
Ecclesiarum Pastoribus, ac Superintendentibus vigilantissimis; & in illustri comitatu Hennebergico constituti Consistorij Ecclesiastici assessoribus longè dignissimis:

NEC NON

Reverendo, humanissimo, doctrinaq; & virtute præstantissimo Viro,

Dn. PAVLO CELLARIO, summi capituli Metropolitanæ Ecclesiæ Magdæburgi Secretario & Syndico meritissimo,
Dominis Mæcenatibus, Promotoribus, & fautoribus suis summo semper studio colendis

Exercitium hoc Hagiographicæ Chaldææ linguæ publicum, eâ, quâ par est, animi submissione, in debitæ pietatis, observantiæ, & gratitudinis Symbolum, offerre nuncupare, consecrare voluit, utique debuit

Otho Musmacher
Respondens.



05 A 1829



Dictiones Hagiographicae

Chaldaea: quae habent Radicalium Lite-
ram primam A L E P H.

אבב. Hinc ordine sexto **אבב** Iobi 8, 12. Cantic. 6, 10. fructus novellus terrae nascentium jam jam paulo modo pubescens. Hinc est, quod Guido reddit **אבב** fructum, sylvam, saltum, salicem, quatuor vocabulis: quae in Lexicographia debebat una propria & constanti redditione includere. In chaldaeo textu Danielis 4, versibus 9, 11 & 18 extat cum Pronom: Masc: affixo **אבבא** pro **אבב**, per regularem resolutionem Dages fortis in Nun shevatum; qualis resolutio & alijs dictionibus in hac Lingua plane solennis est, ut: Dan. 2, 9, 30. 4, 3, 14, 22, 31. 5, 12. Ezra 4, 15. Quae dialysis in presenti dictione imposuit Francisco Raphelengio & alijs ut hic **אבב** haberent pro Radicali. Potior vero sit usus Hebraeus, Iobi 8, 12, Cantic. 6, 10. & suffragium Regulae probatissima de resolutione Dages Fortis: suffragium item usus Paraphrastici Chaldaei, qui, Malach: 2, habet **אבבא**, per Dages.

אבב Deperditus fuit. Proprie enim sonat Disperire vel Perdi, quod deinde generalius transfertur ad quamlibet simplicem possessae cuiusdam rei amissionem. Guido Fabricius Boderianus simpliciter reddit Perire, Disperire. Sed quid in utraq; hac interpretatione altera justo latiore, altera justo strictiore, merito hic desideremus, supra ostensum est Thesi 57, Disput. 1. In Haphel **האבב** Disperdidit. Dan 2, 24. dict. 21. Non **האבב**: nec **אבב** quemadmodum in Aphel scribendum censet Guido. Nam Pathach esset hic propria terminatio Passivi Hophal **האבב**, Dan. 7, 11.

אָבִי. Hinc Nomen אָב, Pluraliter אָבוֹת, Pater. Transfertur porrò ad quemlibet instituti cuiusdam principem autorem. Singulari Numero cum subnexus literis effertur hoc modo: Vt: אָבִי אָבִי אָבִי אָבִי &c: Nam quod Dan. 5, 13 legitur אָבִי, facit potius Accentus distinctivus Tiphcha. Fermè eodem modo Hebraei committunt tale quid in formis Verborum & Nominum אָבִי & אָבִי, quæ cum distinctivis accentibus enunciantur אָבִי & אָבִי.

אָבֵן Lapis. Gen: utriusq; Sicut apud Hebraeos sapissimè, etiam de lapillis ponderum vel perpendiculi, invenitur.

אָבִיָּה Epistola. Singularis Numerus admittit subnexas Literas hoc modo: Vt: אָבִיָּה &c. Guido formam אָבִיָּה, perscheva simplex sub Gimel, ex Ezra 4, 8, non notat in opere Regio.

אָבִיָּה, Et cum Præpositione Beth, אָבִיָּה Tunc. Ex Hebr: אָבִיָּה.

אָדָר. Hinc compositum אָדָרִים אָדָרִים iudices in superiore dignitatis gradu constituti, ad quos decisio suprema causarum pertinuit. אָדָרִים diligentissimè, seu, cum celeritate vel fervore diligentia quàm maximè conspicua. Ex אָדָר & אָדָר vel אָדָר. At אָדָר Adar nomen mensis, partim Februario partim Martio nostro correspondentis. Ex Hebraea Radice אָדָר.

אָדָר Area frumentaria. Ab Hebr: אָדָר.

אָדָר. Hinc אָדָר signum. Ordinis 4.

אָבִיָּה Abijt. Dan. 2, 8, אָבִיָּה אָבִיָּה abijt à me, hoc est, excidit mihi. Guido in Lexico Operis Regij Chaldeo recitat formam אָבִיָּה, nec ostendit constitutionem Etymologicam huius vocis, nec constitutionem ipsius Radicis.

אָדָר Accendit. Haphel אָדָר accendit: in voce Passiva אָדָר seu אָדָר Dan. 3, 22, He frontali in Aleph converso, Iod quietis extruso, finali deniq; Chirei & subnexo Iod in

Zere

Zere & He permutatis. Quales permutaciones alibi quo-
que Chaldaismo non sunt nova. Vt: Dan. 3, versu 2, dict:
19: & versu 1, dict. 13. Dan: 6, 28, dict: 1 & 9. Ezra 5, 11, dict:
16. Ita ut hic fictitiâ anomaliâ, qua hoc loco **אֲבִי** in Partici-
py Peit Kal formâ irregulari constituunt, planè non sit opus.
אֲבִי Abijt. Haphel **אֲבִי** abijt. Hinc enim Ezra 5, 15
Imperativus Haphel **אֲבִי** pro **אֲבִי**, ultimo Zere in Segol
correpto propter Maccaph.

אֲבִי. Hinc Nomen Duale **אֲבִי** bilanx: ut patet ex Dan.
5, 27. Guido in Lexico operis Regij negligit hanc formam
purè Chaldaeam, & eius loco adducit alienam **אֲבִי**.

אֲבִי. Hinc **אֲבִי** frater. Quanquam in sermone Biblico
transfertur generaliter ad quemcunque consanguini-
neum aut cognatum. Singularis numerus cum subne-
xis Literis faceret. **אֲבִי אֲבִי אֲבִי אֲבִי** &c. Sed **אֲבִי**
אֲבִי. Caterùm **אֲבִי**, quod Guido in Lexico format, vo-
cali - neutiquam congruit ad præscriptum præmissa inibi
Grammatices Chaldaæ in Regio opere pag: 11, de affixis No-
minum imperfectorum. Pluraliter **אֲבִי אֲבִי אֲבִי**
&c. At **אֲבִי אֲבִי אֲבִי**.

אֲבִי. Hinc **אֲבִי** & **אֲבִי** quidam alius. In Fæmin.
אֲבִי. His formas omnes sicco pede præterit Guido in Le-
xico operis Regij. At Fæmininum substantivum est **אֲבִי**
postremitas. Cuius formam saltem constructam indicat
Guidonis Lexicon. Porro **אֲבִי** cum casum regit, præstat u-
sum Præpositionis Post. Sic etiam cum Affixis Pronomi-
bus iungitur more Nominis Pluralis. Vt: **אֲבִי אֲבִי אֲבִי**
&c. Caterùm cum Infinitivo aut alio verbi Tempore con-
structum redditur per Adverbium Postquam. **אֲבִי אֲבִי**
vel **אֲבִי אֲבִי** post sic, hoc est, postmodum.

אֲבִי אֲבִי אֲבִי Satrapæ. Plur. Ex **אֲבִי אֲבִי**, vel ex **אֲבִי אֲבִי**

פנין & רר. Quod Guido prater analogia rationem scribit per - sub פ, in Lexico operis Regij.

אילן Arboris nomen. Dan. 4, 7. Quod vocabulum Guido in formâ absolutâ Etymologicâ perperam ter habet per pathach loco Camez punctatum, in Lexico operis Regij. Vicinum est Hebr. אילן.

איתי Usurpatur pro Verbo Substantivo Præsentis Temporis: atq; iungitur Nominativo cuiuscunq; Personæ in utrovis Numero & Genere. Vi: אלה איתי Deus est. Cum affiguntur Pronomina ad hanc voculam, iteratur & intenditur per ea, correspondentis Persona prima, secunda aut tertiæ designatio. Vi: אלה איתו Deus est. Sic etiam cum reliquis Pronominibus, ceu Nomini Plurali adnexis. Fluit ex Hebr. איתו.

אכל Punctat in Kal Imperativum atque Futurum per Kybbuz sub secunda Radicali, vice Pathach usitatorum Paradigmatum. Significat autem comedere. Accusativo constructum hoc verbum saepe translato sonat, Ex re quapiam victum vitæque quasi præsidia sibi parare, aut eam quasi comedendo absumere. Vi: Gen. 3, 17: Comedes terram, hoc est, victum tibi parabis ex terrâ eiusq; culturâ. Psal. 14, 4, comedentes populum meum, comedunt panem, id est, ex comestione ac consumptione populi mei victum sibi quærunt. Cuius phraseos imitatione & Dan. 3, 8, scribitur: אכלו קרציות illi comederunt lacerationes ac avulsionem eorum: hoc est, ex laceratione famæ aliorum eorumq; remotione atque extirpatione præsidia vitæ sibi parare conabantur. Tribuitur enim ibi aulicis Gnathonibus, qui opum, gratia atq; honorum consequendorum actuendorum causâ optimum etiam quemq; falso deferrebant, calumnijs deformabant & omnibus conatibus opprime-

primebant. Quocirca causa nihil est, cur cum Guidone & alijs idem Verbum **כַּדַּח** equivoce per se, quasi idem, verbum per sese aliquando significet Accusare, Deferre, Obtrectare, Calumniari, &c.

לֹא non.

אֱלֹהִים Deus. Sub prefixis literis **וְכַלֵּב** solet hic fieri regularium punctorum & contractio. Ut: **לְאֱלֹהִים** Dan. 2, 19, Et crebrius **לְאֱלֹהִים**, Dan. 3, 14. Cuius peculiaris punctandi rationis in hac vocula Lexicon Guidonianum non meminit. Plurale ex hoc Nomine usurpatur apud Hebraeos, tam de fictitijs Dijs, quam de Personis veri Dei, id quod ex circumiectis cuiusq; contextus notis dignoscere oportet. Construitur autem tunc modo cum Singulari, modo cum Plurali, quando de vero Deo sermo est. Ut: Gen. 1, 3 præcipue, de Deo Patre. At de tota S. S. Trinitate, Genes. 1, 1. Gen. 20, 13. Deuter. 5, 26. Ios. 24, 19. Psal. 58, 12. Ierem. 23, 36. Quæ ratione videtur etiam in Chaldaismo Nebucadnezar, iam tum conversus, de Deo vero loqui in Plurali, Dan. 4, versu 5, dict. 13 & 14.

Et **אֱלֹהִים** & (per apocopen, Ezra 5, 15) **אֱלֹהִים** illi, illæ, Item **אֱלֹהִים** illi. Pronomina Pluralia.

הִנֵּה ecce.

Et **אֱלֹהִים** Dan. 5, 1, & cap. 7, 10, Mille, aut (per usitam Numeraliū enallagen, Ordinaliter) Millesimus. Gen: commun. Quas formas Absolutas Etymologicas primarias Lexicon Guidonis in opere Regio prorsus negligit.

אֲמָנָה Mensuræ cubitales. Plurale fœm. Dan. 3, 1. Ezra 6, 3. At **אֲמָנָה** gens. Nomen Ord: 6.

אֲמָנָה. Hinc in Ord: 3. Haphel **אֲמָנָה** credidit.

אֲמָנָה Dixit. De **אֲמָנָה** vide in **אֲמָנָה**.

אֲמָנָה Horribile. Fœm. Dan. 7, 7. Quam formam Guido in Lexico operis Regij non attingit. Cognatum autem est cum Hebr. **אֲמָנָה**.

אֲמָנָה

אִנְיִם Ipsi. אִנְיִן ipsæ. Pronomina Pluralia.
אֲנִי Ego. אֲנִיחֵנוּ nos. Prafixionem אֲנִי nussiam ad-
mittunt.

אֲנִי Onerosus fuit. *Vt: Dan. 4, 6. Et in Hebr. Esther 1,
8. Guido nimis laxè reddit per Diripero, & vi auferre.
Qua sanè significationes locis modò allegatis Biblicis nullo
modo congruunt.*

אִנְיִן Homo. Dan. 2, 10. cap. 7, 13. Quam punctationem
Lexicò Guidonis negligit: & sequitur punctationē pathach
אִנְיִן qua in nonnullis saltem exemplaribus, Dan. 3, 10, obvia
est: qua tamen & ipsa meritò ad scripturam emendatio-
rum codicum, & ad normam locorum allegatorum, nec non
ad analogiam Dan. 4, 14, & 29 revocatur.

אֲנִי Tu. Plur. Masc. אֲנִיחֵנוּ vos. Plur. Fæm. אֲנִיחֵנּוּ vos.
Prafixionem אֲנִי non admittunt. Sunt q̄, ex Hebr: אֲנִי.
Nam hic etiam facta est resolutio Dages fortis in Literam
Nun: cum alioquin in Paraphrasibus in usu etiam sit cum
dages forti.

אֲנִי Astrinxit vinculis. Quod Guido per verbum Cin-
gere nimis latè extendit. Dan. 4, 12, & Ezra 7, 24 extat
אֲנִי in Kal, ad imitationem terminationis in forma He-
braa Paul. Nomen est אֲנִי pactio.

אֲנִי Lignum, seu arboris virentis seu aridæ & succisæ.
Ex Hebr. אֲנִי.

אֲנִי. Hinc Hebrais etiam Nomen Ord. אֲנִי naris. Sic di-
ctus à rotundâ cavitate. Synecdochicè pro Vultu. Metapho-
ricè pro Irâ. Eius duale אֲנִי, extat cum Affixo Pronomine
Tertia Sing: Masc: Danielis 2, 46. & cap. 3, 19 אֲנִי, pro
אֲנִי, per usitatam resolutionem Dages Fortis, quod da-
ges habetur in paraphrasibus, Iudic. 6. At Nomen Fæmini-
num אֲנִי molitio, quam quis animo circumvolvitur &
secum

secum circumfert. Vnde Ezra 4,13 מִתְּהֵם pro מִתְּהֵם
molitio ipsorum Quamquam his ipsis Nominibus cum
Radice Hebraea אָנָּן arctam cognationem intercedere non
negaverim. Porro אָנָּן syncategorema valet Latinorum
Coniunctionem Etiam. Nisi quod coniunctio Chaldaea more
Latini Etiam non ingeminatur: sed nec eodem modo ad
interrogationem in affirmatione respondet loco Adverbij
sic vel ita.

Vide thesaurum
43 & 52,
Disput. 1.

אָנָּן Purpura. Masc. Quod perperam Guido in Le-
xico operis Regij scribit אָנָּן per geminum Vav: deceptus
scriptione Paraphrastica אָנָּן, ubi per geminationem Vav
in scriptura punctis carente solet indigitari motio Vav
simplicis: uti cuius Paraphrasen lectori notissimum est.

אָנָּן Ecce.

אָנָּן. Hinc fit Dan. 4,34 Plurale אָנָּן vix: Item אָנָּן
Dan. 5,23: quam posteriorem formam Guido negligit, in
Lexico operis Regij.

אָנָּן Leo. Pluraliter אָנָּן. Gen. Masc. Lexicon Gui-
donis in singulari refert formam saltem אָנָּן, & formam
Dan. 7,4 authenticam ac primariam negligit.

אָנָּן In longum extendit: Vt rami arborum sese ex-
tendunt. Vt patet ex Ezech. 31,5, Et in longum extensi
sunt rami cedri, ab aquis multis וְהִתְאַרְכְּנָה. Adhibetur
deinde ad indigitandum aliarum rerum prorogationem
seu prolongationem, tam in Chaldaismo quam in Hebrai-
smo. Vt Esa: 54,2, הִתְאַרְכְּבֵי In longum extende seu pro-
longa funes tuos &c. Ezra 4,14, in textu Chaldaeo au-
thentico, לֹא אֶתְיַדְדֶּךָ לְנַחַשׁ non prolongatum est nobis con-
tumeliam regis spectare, hoc est, contumeliam regi illatam
neutiquam diutius intueri voluimus impunè grassantem.
Simili modo habetur in Paraphrasi, Ezech. 17. At Dan 7,12,

B

Quatuor

Quatuor bestiarum Domina transierunt, & prorogatio in vitâ est ipsis data usque ad tempus præstitutam: in textu Chaldaeo authentico habetur קָרַן in Benoni Kal Fœm; Sing: ad morem consuetum Hebræorum & Chaldaeorum Substantivè posito.

Vel ex hisce ad oculum clâret, purum putum figmentum esse Pontificiorum, quòd eadem vocula Chaldaea קָרַן apud Danielem 4, 24 significet ignoscentiam, ubi textum expunt, Si fortè erit ignoscentia delictis tuis, seu, Si fortè ignoscet Deus delictis tuis: freti nempe versione Biblicâ suâ obsoleta Latina editionis, quam Concilium Tridentinum authenticam sub pœna anathematis agnoscere præcepit. Ex quo Danielus loco postmodum absurditatem dogmatis sui, qua docent, homini pœnitenti dubitandum esse de remissione peccatorum, palliare conantur.

Verùm enim verò si hæc ignoscendi significatio nature ipsius verbi Hebræi & Chaldaei ullo modo competeret, oporteret utiq;, ut ei in reliquis etiam scripturae exemplis ullo pacto, nempe aut proprietate suâ, aut ad minimum observatione tolerabilis saltem tropi cuiusdam adhibitâ congrueret: nisi uni eidemq;, simplicissime per se vocula multiplices, easq;, inter sese absurde pugnantes significationes assignare velimus.

Figge proinde hic jam, queso Lector, paulisper pedem, & considera mecum plura loca scripturae, in quibus vox קָרַן recurrit: ut eò evidentius turpissima adversariorum ruditas & absurditas in apricum producamur. Modò paucis allegata sunt loca ex usu Hebræo Ezechielis & Esaia: Prolongati sunt rami cedri: Et: Prolonga funes tuos &c. Quibus, uti vidimus, vel solis evictum fuerit, significationem ignoscendi verbo קָרַן prorsus nullo modo competere, nisi

nisi adversarij ramis & funibus ignoscentiam & remissionem peccatorum vel proprietate vel per translationem quandam tribuere pro sua sapientia malint.

Sed & alia Scriptura loca in promptu sunt. Vi: Gen. 26, 8, Isaaco יִצְחָק prolongati sunt dies in Gerar, hoc est, Isaac in Gerar diutius commorabatur: Ex Pontificiorum significationis fundamento sic esset exponendum, Isaaco in Gerar dies ignoscebant peccatum. Ezech. 12, 22, יִצְחָק prolongantur dies, quibus perit omnis visio ac prophetia: Iuxta Pontificios, Ignoscuntur dies, quibus perit omnis visio ac prophetia.

Ex hac Coniugatione derivatur quoque Hebrais Nomen יִצְחָק. Exodi 34, 6, & Nahum 1, 3, DEVS miserator יִצְחָק דֵּיִן Deus prorogationis irarum, h. e. Deus magnae dupias seu longanimitatis, nempe ad longum tempus differens executionem irae suae. Quo sensu Divus Lutherus etiam in versione Germanica sententiam aphorismi Prophetici, Danielis 4, 24, congruentissime exprimit per vocabulum magnae dupias, So wird er gedult haben mit deinen Sünden: non quod voculam ibi יִצְחָק accipiat de ignoscentia seu remissione delictorum: multo minus interpretatur id dubitative, sicut Pontificij faciunt in suo, Si forte ignoscet Deus delictis tuis: Sed accipit eam de prorogatione incolumitatis, conjuncta cum dilatione omnimodave ablatione promeritarum poenarum, quarum executione alioqui prorogatio pacis fuisset tota interversa. Iam vero, & Pontificijs & Lutheranis ὁμοψύχως constat, aliud esse ignoscentiam seu delictorum remissionem, (de qua his verbis Daniel nihil quicquam agit): Et aliud item esse dilationem vel omnimodam ablationem poenarum temporalium cum prorogatione exoptatae incolumitatis conjunctam, de qua & Propheta & Lutherus

De qua tamen delictorum remissione Iesuita Bellarminus locum Danielis exponi primario debere contendit.

lib 2 de Pe
Tit: cap 12.

verba presentis aphorismi accepta volunt. Adeo ut & ex proprietate verborum Chaldaeorum Danielis, & ex versione Lutheri Germanicâ interpretationi Pontificia stabilien- da ne tantillum sublevamenti accedere queat.

Porro Fœmininum etiam Paul Kal invenitur Nomi- naliter ac substantivè usurpatum. Vt: Jerem: 30, 17, Imponam קָרָבָה expansum emplastrum tibi, & à plagis tuis sanabo te. Vbi apud Hebræos emplastrum ab ex- pansâ sui dilatione, qua super vulnusextenditur, nomen accepit: Pontificijs emplastrum nomen accepit à remissio- ne peccatorum. Nehem: 4, 1 Alta evadebat קָרָבָה exten- sio muris Ierusalem: iuxta Pontificiorum significatio- nem, alta evadebat ignoscentia peccatorum muris Ieru- salem. Et cum usitatâ resolutione קָרָבָה in Kybbuz, ac Dages 2. Sam. 3, 1, Fuit bellum קָרָבָה prolongatum inter domum Saulis & domum Davidis: iuxta Pontificiam significatio- nem, ignoscebatur & placabatur bellum inter domum Saulis & domum Davidis. Contrarium loquitur tota historia Biblica.

Aliaporrò Nominis forma extat Gen. 13, 17, Peram- bula terram קָרָבָה ad longitudinem eius & ad latitudi- nem eius &c. Pontificijs longitudo terræ hic accepit no- men ab ignoscentiâ peccatorum, si eius primitivum ver- bum significat Ignoscere.

Uterius habetur hoc Verbum etiam in coniugatione Hiphil, Deut: 5, 34, Benè vobis erit, & prolongabitis dies in terrâ, quam occupabitis: iuxta Pontificiorum signifi- cationem, Et ignoscetis dies. Similiter Deut. 30, 18, $\text{לֹא תִאָּרְכֶן$ non prolongabitis dies super terrâ, ad quâ transibis: iuxta Pontificiorum significationem, Non igno- scetis dies. Et Exodi 20, 11, Honora patrem & matrem tuam, $\text{לֹא תִאָּרְכֶן$ ad prolongandum dies tuos in terrâ: iuxta

iuxta Apostoli redditionem Ephes. 6, 3 εἶη μακροχρόνιον.
 Iuxta Pontificiorum significationem, Ut ignoscant dies
 tui in terrâ. Psal. 129, 3, super dorso meo arabant arato-
 res, אֲרָבוּ in longum extendebant sulcos suos: Iuxta
 Pontificiorum significationem, Ignoscebant sulcos. Sed
 quid in istâ Pontificiorum insulsiate recitandâ diutius oc-
 cupor? Quis enim non videat? significationem Ignoscendi
 à genuinâ significatione verbi אָרַב non modò per omnia di-
 screpare, sed etiam eidem in allegatis contextibus prorsus ab-
 surdè pugnare.

Objicis: at in loco citato Jerem. 30, 17, ut & cap. 33, 6,
 reddi tamen potest אָרַב medela, curatio & sanatio, sicuti
 inibi à quibusdâ etiam interpretibus, & Dan. 4, אָרַב quoq;
 à R. David Kimbi et Schelomoh versum fuit. Respondeo,
 primò: Posse sic exponi, Et (quod ad versarij omninò necesse
 habebant evincere) Prorsus non posse nec debere, vi vo-
 culæ, aliter exponi, inter sese dis diὰ τῶων discrepant. De-
 inde, Nec Medela seu sanatio, & Ignolcentia seu venia
 peccati idem invicem valent. Tertio, Quòd אָרַב in locis
 illis duobus Jeremia redditur à nonnullis Medela, Curatio,
 aut etiam alijs similibus dictionibus: non fit ex ipsius vo-
 culæ Hebrææ naturâ per se, sed ex naturâ reliquorum cir-
 cumjecti contextûs vocabulorum, per quem nempe in utroq;
 loco Jeremia ad expansionem emplastri manifestè restrin-
 gitur. Quòd enim eiusmodi Medelæ significatio natura
 huius verbi אָרַב non per se competat, ad oculum evicerunt
 loca superius satis numerosa allegata, nisi inibi uni eidem-
 que per se simplicissimæ voculæ ἀνομάτως discrepantes
 interque se prorsus pugnantissimas significationis na-
 turas tribuere volueris.

Vide Guido-
 nem in Le-
 xico operis
 Regij: qui in
 expositione
 huius verbi
 aliud nihil
 facit, nisi
 quòd diver-
 sas interpre-
 rum senten-
 tias recitat.

B 3

Sed

Sed nec quicquam me ferit, quod hodie in vulgatâ Latinâ editione, & in versione 70 interpretum, Dan. 4, habetur vocabulum Ignoscendi. Nisi quod tantò luculentius hinc constat, Papas, Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, Pastores, Monachos, & totum oleatum Clericatum in Papatu tot iam seculis adeò fuisse suæ suiq; commissi gregis salutis negligentes, hoc est, execrabilia fuisse Antichristi mancipia, quippe cum tametsi aliàs aliquot tonnas auri in luxum & splendorem fastuosè profuderint, nemo tamen eorum superioribus illis barbariei seculis fuerit dignatus, quicquam sumtus aut laboris impendere in cognitionem Linguae Hagiographicae Chaldaeae aut S. Hebraeae, quò, collatis Bibliis Exemplaribus Latinis cum Linguis originalibus, ex Spiritus Sancti oraculis originalibus cognovissent & ostendissent, in verbo Spiritus Sancti יָסַח talem Ignoscendi significationem locum non habere, adeoq; in eâ dogmati suo de dubitatione incertitudineque remissionis peccatorum planè nihil presidij poni potuisse.

Sed hodieq; in tantâ Papalium, Christi gregi praefectorum, Clericorum nec millesimus quisq; dignatur inspicere oracula Spiritus sancti primigenia Hagiographica Chaldaea, aut Hebraea. Atq; in eo sanè tantò peiores sunt suis antecessoribus superiorum annorum, quantò hodie lux fulgentissima cognitionis Linguarum prioribus illis ignorantiae tenebris antecellit. Quinimò cum proximo hoc seculo per aliquos ipsorum Pontificiorum religioni addictos Iudeos & interpretes deprehensum sit, (ut potè per Xanten Pagninum, & Ben: Ariemontanum, & alios) vocabulum יָסַח in textu Chaldaeo, Dan. 4, 24, significationem Ignoscendi prorsus in se non habere. (Si enim Ben: Ariemontanus ullo praetextu verbum Ignoscendi Latinae versionis novisset ad proprietatem Verbi Chaldaei reducere; fervore procul dubio is miselli Pontificij

tificij dogmatis statuminandi concitus versionem Pagnini
in Biblio opere Regio, quæ id disertè de prorogatione pacis
univocè exponit, inequivocatam non dimisisset) Nihilomi-
nus & ipse Ariemontanus & alij Papicolarum Doctores,
quantumvis ex proprietate sermonis Chaldaei in propriâ con-
scientiâ convicti, usq; hodiè erroneæ hujus interpretationis
alibi tam sunt tenaces, ut non modò eam in suâ vulgatâ La-
tinâ Editione non emendent, sed etiam illam ipsam vulga-
tam Latinam interpretationem sub poenâ anathematis pro
authenticâ & Canonicâ haberi debere, Diabolico planè fu-
rore contendant. Profligatissima conscientia homines! Quid
tandem aliquando respondebitis supremo illi judici verita-
tis? coram quo vos Daniel dixit judicandos tandem ex aper-
tione librorû, non utiq; ex pravâ vestrâ hic Latinâ versione,
(de qua Daniel ne verbulum quidem in suis, quos ibi indi-
gitat, libris Canonicis invenit) sed ex veritate utiq; Hebræ-
orum, Chaldæorumque librorum Canonicorum Bi-
blicorum, qui quàm maximè tunc Danieli noti & au-
thentici habebantur. Sed hæc hætenus. Tempus jam est
redeundi ad Lexicographiam: In qua subsequitur Dictio

Dan. 7, 10.

עַרְבַּיִם terra. In Paraphrasibus invenitur etiam plurale
cum Fæmininâ terminatione עַרְבַּיִם. Porro Dan: 2, 39, Re-
gnum alterum erit עַרְבַּיִם עַרְבַּיִם, terra ex te, vel, præ te: in-
quit Daniel ad Nebucadnezarem, q. d. Regnum alterum,
quod Persis & Medis ex tuo regno aureo oboriatur,
tàm non assequetur dignitatem regni tui, quàm vilitas
terræ, ex auri scoris relicta, neutiquam dignitate exæ-
quat preciositatem ipsius auri. Ut causæ nihil sit, cur cum
Guidone, Raphelengio, & alijs Nomen hoc per sese in vo-
culam Minus, aut in præpositionem Sub, vel Subter equi-
vocemus, aut cur ad Radicem Chaldaeam עַרְבַּיִם (Quassavit)
longiùs reducamus.

Porro

Porro ארעי fundum infimum. Fam: Nam ארעיהם,
quod orationem significat in paraphr: Iosu. 24. rectius de-
ducitur ex Rad: ארע.

ארקה terra. Ierem. 10, 11.

אש flamma ignis. Adnexis literis אשן אשן & c. For-
matur enim ordine sexto per dages. Genere utroq.

אשין lapides fundamentales aedificij. Ex Hebraeo:
אשיות. Sic אשךנה murus probè fundatus. Ex אשין &
שור.

אשף, Dan. 2, 10, magus, σοφιστς scrutator. Plurale ex-
tat אשפין, Dan. 4, 4.

אשה accessit. Haphel אשה, fecit accedere. In passi-
vo אשה. Dan. 6, 17. Guido in Lexico operis Regij negligit
genuinam formam Prateriti Haphel & Hophal, quæ in præ-
missâ inibi Grammaticâ Chaldaëâ præscribitur, pag. 7, &
etiam in usu est Dan. 5, 13, & cap. 3, 23. Nec difficili conje-
cturâ opus est in inquirendis causis, quæ factû fuerit, quòd
Guido in Lexico Operis Regij tam crebrò (uti in multis se-
quentibus dictionibus videbimus) in constituendis formis
Nominum & Verborum tam fædè neglexit præscripta mox
inibi in eodem opere Regio ipsis Guidonis Lexiographi-
cis præfixarum præceptionum Grammaticarum Chal-
dearum. Ratio manifesta est, quia idem Guido illius
Grammatices Chaldaëæ ex Canonicis Biblicis Chaldaeis fra-
gmentis potissimùm concinnata ipse autor non est, quam in-
ibi, in opere Regio, Lexico Guidonis præfigi curavit Bene-
dictus Ariæmontanus, nomine ibi primi Grammatices isti-
us Chaldaëæ autoris, Iohannis Merceri, ne litcrula quidem
expresso, Nam Iohannem Mercerum annis duodecim, an-
te editionem Lexici Guidoniani in opere Regio, eandem
illam Grammaticam Chaldaëam, quæ Guidonis Lexico præ-
fixa

fixa legitur, eadem methodo & ordine, iisdem lineis, iisdem
verbis (vix paucissimis verbulis immutatis) in Academia
Parisiensi conscripsisse & evulgasse: non necesse habeo mo-
nere, cum id neminem lateat Lectorem Linguarum harum
studiosum. Postquam igitur eam deinde Guido trans-
scriptam Lexico suo praefigere sivit, neque tamen satis vulga-
ria etiam illarum Grammaticarum praceptionum fideliter
memoria comprehendat: factum inde, ut postmodum in
subiuncto illo Lexico suo, in constituendis & recensendis for-
mis Nominum & Verborum, tam frequenter neglexerit pra-
scriptum praemissarum in eodem opere praceptionum Gram-
maticarum ex monumentis Chaldaicis authenticis Biblicis
potissimum extractarum. Et tamen etiam id damnum po-
tuisset resarcire, si Guido ipse tum temporis, dum dictionari-
um suum operi Regio adornavit, aut etiam paulo post eius
dictionarij collectionem dignatus saltem fuisset semel perle-
gere paucissimas illas pagellas Chaldaeorum Canonorum
monumentorum Biblicorum Danielis & Ezrae. Fieri enim
non potuit, si unquam tunc ea perlegisset, quin manibus pal-
passet, quam bene magnum numerum verborum pure Baby-
lonicorum, in paucissimis illis capitibus Biblicis Lectori oc-
currentium, in Lexico Chaldaeo operis Regij vel prorsus ne-
glexerit, vel genuinam Biblicam formam non expresserit: quae o-
mnia sigillatim deinceps enumerabimus, & perpetuo ibi al-
legatis exemplis Biblicis ad oculum monstrabimus.

לָּוֹן Locus, sive spatium, ambiens rem locatam. Ex
Hebraea Radice לוּן circumdedit. Ex eodem Nomine Chal-
daeo habetur Dan. 7, versu 6, & 7. בְּאַתְרֵי הַלָּוֹן, in loco hoc,
vel, in loco huius: contracte pro בְּאַתְרֵי: qualis contractio
ante Literam Gutturalem & Hebraeis etiam usitata est, Ps.
33, versu 1, dict. 5. Proverb. 19, 10, 2. Cantic. 1, 10, 1. Esa. 52, 7, 2.
1. Regum 11, 29, 1. Inde cum affixo pronomine בְּתֵרֵי Dan. 2,

39, in locum tuum, per elisionem & quiescentis: qualis quoque elisio Hebraeis non nova, Ut: Numer. 11, versu 11, dict: 10. 2, Sam: 5, 2, 12. Explicatio illa aliorum, quae בְּתָרָה, seu בְּתָרָה, Dan. 7, 6 & 7, & cap. 2, 39 simpliciter pro prepositione Post accipit, quoad sensum locis hisce allegatis propè eodem recidit. Ideoque eam non prorsus repudiamus.

BETH.

1.

⌌ Prepositio vocabulis inseparatè præfigitur & propriè designat prepositionem IN. Quanquam interdum ex accidenti, nempe reliquorum in phrasiologijs quibusdam concurrentium verborum ratione fit, ut sensus nonnullorum dictorum, qui alioquin ex observatione literalis proprietatis prepositionis ⌌ IN emergit; deinde propè sartus tectus idem adminiculo aliarum prepositionum Latinarum (ut: Propter, seu Ob, Cum, Inter, &c.) efferatur commodiùs in Latinismo, quippe qui etiam suo idiomate in omnibus constructionis Hebraeae aut Chaldaee rationem imitari non potest. Modò ubiq; (ut dictum) idem attendatur sensus, qui alioqui cum vi ac naturâ ipsius Hebraeae atq; Chaldaee Prepositionis ⌌ IN emerisset. Quemlibet namq; Ablativum instrumenti, causæ, materiae, modi agendi, precij, loci, temporis &c. hæc Prepositio apud Hebræos & Chaldaeos usu suo adminiculari solet: nec non Superlativorum circumlocutionem. Ut: קָדְשׁוֹ בְּתַרְתָּם sanctus in hominibus, hoc est, inter homines, pro, hominum sanctissimus. Ceterum verbo Infinitivo quoties præfigitur hæc Prepositio, facit, id apud Latinos efferri per Gerundium, hoc pacto: ut: בְּתַרְתָּם עַתָּה לֵיבֵן, in dicendo, hoc est, cum diceret, vel etiam, cum dicet, vel, dum dicit. Nisi tunc Infinitivus capiatur Nominaliter: id quod in hoc ipso verbo fit Dan. 4, 14, קָדְשׁוֹ בְּתַרְתָּם in dicere sanctorum postulatum est, hoc est, in dicto seu sermone sanctorum postulatum est.

Illam

2.
Illam igitur (uti monitum) proprietatem IN, Præpositioni Hebrææ & Chaldaea ꝑ se competentem, esse unicū fontem omnium reliquarum eius redditionum, nec alicubi has admittendas esse, nisi ibi sensum ipsius proprietatis IN in præfixo ꝑ inviolatū reliquerint: id ante omnia Grammaticus Lexicographus ostendere debebat. Quod Guido & Mafius in Lexicis operis Regij non faciunt: sed simpliciter narrant, ꝑ, cum ancillatur, pro ratione loci valere In, Cum, Per, Ab, &c: neq; ullam aliam limitationem ostendunt, ex qua cerni queat, ubi & quando, relictâ principali interpretatione IN, posteriores illa interpretationes adhibenda sint: Vnde postmodum fit, ut occasione huiusmodi Lexicographorum, interpretes modò hanc, modò alteram significationē apprehendant, prout aliqua cuiusq; opinionibus aut dogmatibus stabiliendis accommodata videtur.

3.
Verum, quia Præpositioni ꝑ non per sese tot diversissima significationes, sed non nisi unica proprietates IN competit: non utiq; promiscuè ita absq; omni ulteriore limitatione licebit posteriores illas interpretationes adhibere, sed tūm demum, quando vel perspicuitas vel elegantia vel cōstructionis ratio in Latinitatis aut aliis versionis idiomate per illas melius conformatur, ita tamen, ut per illas nihil ferme quicquam immutetur summa negocij & sententiæ, quæ alioqui cum observatione proprietatis ex Præpositione ꝑ emerisset. Contrà verò, in quocunq; Scriptura loco ipsa quoq; genuini sensus summa, quem alioqui proprietates Præpositionis ꝑ IN in Hebraismo & Chaldaismo confecisset, per secundarias illas redditiones prorsus intervertitur, aut pervertitur; neutiquam ibi redditiones illas ceu authenticas admittere par erit: sed meritò tunc vis Præpositionis, IN, Hebraismo & Chaldaismo unicè propria, contra adversarios alienam ceu authenticam obtrudentes, tenenda & fortiter urgenda erit.

4.

*Vnico exemplo adducto ea, quæ intendimus & inculcamus, eorumq; usus, evadent planiora. Meritò exprobramus Pontificijs, iniquè nimis, & contra omnes tum humanitatis, tum divinorum prescriptorum leges publicâ Concilij Tridentini autoritate præcipi, ut versio Bibliorum vulgata Latina omnibus hominibus acceptetur in cunctis suis partibus omnimodè authentica, cujus interpretamentum in nullis minimis maximis, sub pœnâ anathematis, deserere liceat. Hujus autem nostræ querelæ & exprobrationis causas justissimas commonstramus inde, quia multa sunt loca, in quibus versio isthæc Latina non modò multis parasangis à N. T. Græcis & V. T. Hebræis atq; Chaldæis authenticis scriptis recedit, verùm etiam sensum ibi in quibusdam verbis planè contradictorium importat, aut etiam, quia multis in locis ita comparata est, ut ibi nullum per se salutis periculum sit, interpretationem eam deserere & ad aliam convenientiorem originalium vocum proprietatem discedere. Inter reliqua exemplum præstat locus in Ecclesiaste Salomonis cap. 2, versu 3, ubi Hebræus ita habet: *Quæsi in corde meo, trahere \int in vino (vel potius, in vinum) corpus meum, & (conjunctim) cor meum deducens in sapientiam, & adprehendendum in stultitiam, donec viderim, ubi bonum illud filijs hominum, quod versare deberent sub cælo hoc, numero dierum vitarum suarum. Contrà, vulgata Latina versio ibi ita transfert: Cogitavi in corde meo, abstrahere à vino carnem meam, ut animum meum transferam ad sapientiam, devitaremq; stultitiam, donec viderem, quid esset utile filijs hominum, quod factum opus est sub sole, numero dierum vite sue. Vbi Iesuitæ affirmant, Præpositionem Ab ibi esse ex genuinâ significatione Præpositionis \int expressâ. Vide Robertum Bellarminum lib. 2. de verbo Dei, cap. 9.**

Locus Ecclesiastis c. 2, 3. expensus.

5.

Tametsi jam autem hæc sensus Præpositionis Hebrææ interver-

terversio eo in dicto non quidem per se impingit in Articulum fidei: tamen istud primò ex hoc loco evidenter cognoscere est, furiosum & prorsus Antichristianum institutum esse, quòd ex publicâ Tridentini decreti autoritate, inevitabili corporum & animarum anathemate ferire presumat Iesuitica cohors universos eos, qui vel in minutissimo hujusmodi negotio non approbent significationem eam AB prefixi ¶, quam Iesuitica factio ex Latina hîc versionis autoritate, præter & contra omnem hujus in Lingua sancta voculæ naturam & usum, fingere & defendere tentat: omnes item eos, qui reliquum in his verbis sensum Latina vulgatæ versionis deserere velint, atq; ad originalium Hebræarum vocum proprietatem, & ad aliam quandam earum concinnam constructionem recedere malint.

Deinde ita etiam ex hoc (& similibus) locis colligimus, versionem vulgatam Latinam Ecclesiasticis, aut non esse (quod quidem plenis buccis jactitant Pontificij) eam, quam B. Hieronymus transtulerit ex Hebræo, (Deprehendimus enim manifestè, quod ipse Hieronymus Præpositionem eam ad Hebraicam proprietatem primò verterit, Cogitavi contrahere carnem meam in vinum; Et sic etiam in suo Commentario exposuit: id quod ipsi Iesuitæ propalam fateri necesse habent: ut cernere est apud Bellarminum, capite suprâ allegato) aut sanè primam propriam Hieronymianam præpositionis ¶ translationem postmodum, præter rem, imò præter omnem hujus in totâ S. Linguâ voculæ morem, fuisse in contradictorium significatum mutatam & corruptam. Quam ipsam verò significatûs in Præpositione ¶ æquivocationem mox Iesuitâ Bellarminum utroq; pollice approbare videbimus.

Atqui verò, si jam illimitatè concesseris, Literam præ-

C 3

fixam

Videbis
paulò in-
ferius § 14
& seq.
6.

7.

fixum ꝛ pro ratione loci significare interdum In, interdum
Cum, interdum Per, interdum AB, &c: jam tūportam
aperuisti, per quam adversarij fermè universam utriusque
istius argumentationis nostræ vim effugere quirent.

8. Ac ne suspiceris, me vel Pontificiorum vel aliorum
Grammaticorum aut Lexicographorum, præfixionem ꝛ e-
quivocantium, odio isthac pericula fingere, evolve saltem
librum Bellarmini capite allegato, ubi sic scribit: Quatuor
de causis accidit, ut quedam in nostro (vulgata Latinæ e-
ditionis) textu sint, quæ B Hieronymus reprehendit. Pri-
ma est, error & negligentia librariorum. Secunda causa
est, varia significatio vocabulorum: interdum enim pos-
sunt duo significare, & B. Hieronymus modò unā, modò
alteram significationē secutus est. Exemplum habemus in
Ecclesiaste, cap. 2. Et paulò post pergit Bellarminus his
verbis, inquiens: Maluit Hieronymus vertere; Cogitavi
abstrahere carnem meam à vino: quam lectionem nos (in
vulgata Latinā) habemus, & melior est hæc nostra lectio.
Nam verbum Hebraicum יין potest significare in vino
seu in vinum, & etiam de vino seu à vino. Nam Litera ꝛ
deservit & loco In & loco De. Contextus autem magis re-
quirit, à vino, quàm in vinum. Sequitur enim, Ut animum
meum transferrem ad sapientiam. Quòd autem Litera ꝛ
accipiatur frequenter pro יין, id est, Ex, De, Ab; illud per-
spicuum est ex his locis, Exodi 12, 43. 35, 32. 38, 8. Levit: 8,
32. 2, Paral. 16, 6. Hactenus Bellarminus.

9. Ex his vides, Lector benecvole, nimis vera modò me de-
nunciâsse de periculo equivocationum in hac voculâ. Hac
igitur elabendi rima si adversarijs satis solidè obstrui ac ob-
turari debet, oportet, ut urgeas primò, necesse esse, unig vocis
simpli-

simplicissima in simplicissima hac Linguâ simplicissimam esse proprietatem. Alioqui, quæ tandem reliquis etiam Scripturis superstes futura esset certitudo, si cuius licentia detur, hanc vel illam Scripturæ voculam vertere in sensum contradictorium (nullâ etiam ad antiphraseos figuratiōem nos cogente circumstantiâ textus, nec absurdo, quod manifestè in analogiam fidei impingat) eumq; deinde sub pœna anathematis ceu versionem Canonicâ ac prorsus divinam acceptandû obtrudere: id quod à Pontificijs hoc ipso Ecclesiasticis loco fieri videmus. Deinde urgeas etiam oportet, id quod ex utraque parte constat, in compluribus alijs, penè infinitis, Scripturæ Hebrææ & Chaldææ locis præpositionem Δ non aliud quàm præpositionem IN designare.

Sufficit hîc ex tam multis pauca saltem exempla allegare, mox ex ipso primo cap. Genesios: ubi versu 6. inquit DEVS, Fiat expansum Δ בתוך in medio aquarum istarum. Et versu 17, Et DEVS dedit luminaria Δ בקייע in expanso cœlorum istorum. Item versu 22, volatile multiplicetur Δ בארץ in terrâ istâ. Eandem significationis proprietatem retinet in verbis versuum ibi sequentiû, 26 & 28, Δ בקייע ובעוף השמים ובהמה ובהמה ובהמה ובהמה ובהמה &c: in piscem maris illius, & in volatile cœlorum istorum, & in pecudem illam, & in universam terram istâ, & in universum reptile illud, &c: In hisce & consimilibus millenis locis præpositionem Δ non aliam habere significantiam, quàm eam, quæ præpositioni Δ propriissimè competit, ne Iesuita quidem negare possit, nisi contra solem loqui velit. Absurdissimus sanè foret, si ibi præpositionem Δ per cum, aut Ab interpretari velit.

Hisce præmissis, nunc ita argumentari licebit. Si signi-
catio.

10.

11.

figurationes IN & AB Prepositioni ꝓ competunt: aut competit ei simul utraq; propriè; aut altera propriè, altera impropriè. Sed non potest utraque esse ejus proprietas: Quippe cum IN & AB è diametro inter se pugnent, dum altera immanentiam, altera remotionem notat: Et verò duæ proprietates è diametro pugnantes uni eidemq; voculae per se tribui non possint. Necessè est itaq; ut, si omninò utraq; hæc significatio debet Prepositioni ꝓ congruere, congruat altera per proprietatis naturam, altera per figuram antiphraseos. Iam verò significationem IN esse Prepositionis ꝓ primam ac propriam, & ex Genesios citatis, & alijs sexcēt is locis, vel bardis patere queat. Relinquitur ergò, significationem alterã contrariã, nempe AB, Prepositioni ei competere non propriè, sed per figuram antiphraseos, si modò ullo modo competit. Ex hisce proinde solummodò id evincere voluimus, significationem AB non esse Prepositionis ꝓ per sese propriam, sed ad minimum figuratam & antiphrasticam, si modò veræ significationis titulo debet gaudere.

2.

Iam porrò argumentamur. In quovis Scriptura loco semper tantisper meritò retinetur & urgetur verborum ingenita proprietas, neque ad ullam figurationem adigi debemus, donec nos ad figurationem necessariò cogat ipsa circumstantiarum contextus evidentia; aut analogie fidei ratio, aliarum evidentiorum sententiarum Biblicarum suffragijs propalàm confirmata: Multò minus autem ad antiphrasticam atque contradictoriam verborum expositionem adigi quenquam par erit, nisi ratio usurpatæ antiphraseos reddatur inevitabilis. Atqui verò in dicto Ecclesiastis allegato nulla contextus circumstantia, nulla etiam absurditas in fidei articulos aut bonos mores impingens, cogit nos ad significationem antiphrasticam. Sic enim verba habent
juxta

iuxta proprietatem Hebraeam: Quasi in corde meo, trahere Δ *in vinum corpus meum, & (coniunctim) cor meum deducens in sapientiam, & adprehendendum in stultitiam, donec viderim, ubi bonum illud filiis hominum, quod versare deberent sub caelo hoc, numero dierum vitarum suarum. Sensus clarus est & fidei orthodoxae honestisq; moribus nihil officit. Hoc enim vult significare Rex sapiens: se aliquando constituisse, corpus suum vini & aliorum poculentorum liberaliore usu tractare opiparè & paulò lautius, debitâ tamen simul observatâ mediocritate, ne interea vini usus nimis auferret cor, & sapientia mentis aliâq; pia eius exercitia interverterentur: idq; eo sine tentasse scribit, ut ipse certius & exploratius experimentum in hac felicitatis parte faceret, an summus beatitudinis humanae apex in tali vivendi genere esset situs. Hanc sententiae explicationem ad scopum totius libri Ecclesiastis apprimè quadrare, nemo ignorat, qui illum librum legit. Et quid etiam vel fidei vel honestorum morum integritati ea sententia officit? Quia ergo nec praesentis contextus circumstantiae, nec etiam absurditates ullae, in fidei analogiam peccantes, cogunt hîc nos ad interpretationem voculae Δ antiphraстикam: iudicent vel ipsi hostes, annon furiosa & Antichristo digna rabies sit, quòd Iesuitica cohors, publici Ecclesiastici concilij decreti vigore infernalibus cruciatibus meritò devoveri contendit universos eos, quantumvis Christi sanguine redemptos & baptizatos, quicumq; hîc etiam vel in minimo huiusmodi negotio, desertâ fictitiâ istâ antiphraстикâ Prepositionis Δ significatione, nativam authenticam Hebraeae dictionis proprietatem amplecti malint.*

Attendere jam hîc velim eos etiam, qui persuasum habent, nihil abiectius nihil indignius esse labore huiusmodi (ut vocant) Grammaticali in verborum Biblicorum vim.

D

eruen-

Nota manifestam & solidam hîc consecutionem, qua vel solâ Iesuiticus ordo de Antichristiano furorc luculenter convincitur.

eruentā impenso. Ne, illi hoc suo præpostero iudicio nimis iu-
culenter produnt, nondum se perpendisse fœditatem figmen-
torum Pontificiorum in huiusmodi negotijs occultatorum,
& qua ratione compluribus illa ex hoc studij genere argu-
mentis propalāam possit ob oculos poni: neque etiam unquam
exponderunt, evidentiam argumentorum huiusmodi, qui-
bus, tantum non ipsā ratione humanā iudice, Papisticas ca-
tervas convincere possumus de manifestā inter reliquas An-
tichristianismi notā. Nam quovis homine, saltem politicè
bono, iudice certum est, non nisi communi humani generis
hoste dignum esse, publico decreto homines, honestā vitā pro-
batos, quoad corpora & animas omnium dirarum anathe-
mate infernalibus & nunquam finiendis cruciatibus devo-
vere, cum quis eorum vel minutissimam minutissimam cu-
jusq; in loco quopiam Biblico vocula incommodiūs redditam
interpretationem deserit, etiam cum contrā interpretatio-
nem alteram suam ex originalium vocum proprietate cohe-
rentiā & convenientiā comprobare queat. Non etiam suf-
ficienter expendunt quidam, totam illam controversiam
Grammatico-Theologicam, de pravitate vulgatæ Latine
editionis, absolvi, maximā sui parte, Grammaticā verborū
Biblicorum originalium discussione & explicatione, contro-
versiamq; eam plenè intelligi aut determinari non posse,
nisi simili, qualem hīc in manibus versamus, labore, genui-
næ nempe originalium verborum divinorum potestatis ac
significantia indagatione ac constitutione.

14.

Ceterum, ut tandem Bellarmini recitatas objectiun-
culas examinandas redeam, quod ille pro stabiliendā suā æ-
quivocatione suprā adducebat quædam alia Scripturæ loca,
nempe ex Exodo 12, 43. 35, 32. 38, 8. Levit. 8, 32. 2, Paral.
16, 6: ad illa universa primò in genere respondeo: si maxi-
mè ibi ullo modo contextuum circumstantiæ aut aliæ litera-
lis

lis expositionis absurditates depellerent nos ab innatâ proprietate præfixi ad expositionem ejus antiphrasticam: quid id tum ad memoratam sententiam Ecclesiastis? quippe in qua nec circumjectorum verborum circumstantiæ nec alia ulla absurditas quicquam incommoditatis in literali ibi & propriâ Præpositionis in significatione evincebat.

Quin insuper, cum deinde illa quoque Bellarmino citata loca accuratiore lance sigillatim examinabimus, deprehendemus, ne in illis quidem ullo modo necesse nos habere deflectere à literali proprietate & naturâ Præpositionis ad translationem ejus antiphrasticam: sed hujusmodi antiphrasticam Præpositionis significationem esse commentum tam illis locis quàm universis scripturis sanctis ignotum, & unice ab equivocatoribus sine omni, nisi vanitatis, causâ confictum.

Ac 1. quoad versum 43, Exodi 12: Hæc est sanctio paschatis, nullus peregrinus comedet in eo: ne hîc quidem ulla circumjectorum verborum necessitas aut aliarum absurditatum evitatio cogit nos ad expositionem præfixi antiphrasticam. In eo enim hîc decipiuntur equivocatores, quòd ignorant vim constructionis Hebrææ, quæ hîc beneficio Præpositionis cum suo subnexo pronomine præstat id, quod alioqui Latinus efferret per Accusativum, designantem edulij portionem, q. d. nullus peregrinus comedet paschatis portionem. Quod Germanus similiter ad Hebraismi morem eadem Præpositione præstaret, *Kein frembder sol den Osterlamblein essen.* Vbi sanè ineptissime pugnes, si contendere velis, hîc ipsam Præpositionem In sive An significare Præpositionem A B.

Tametsi igitur in huiusmodi quidem phrasiologijs, ubi nempè sententiæ summa, quæ alioqui cum vi nature ac pro-

cit lutrem aeneum & aneam eius basin subsistentē במראות
in conspectu ministrarum (hoc est, coram ministris) vel, se-
cundum alios, in speculis ministrarum invigilantium ac
quasi militantium cultui divino ante fores tabernaculi.
Ergo במראות necessario significat מן מראות de speculis,
aut è conspectu. O artificiosum consequentiarium!

Huius fortius! Levit: 8, 32. Et quod superfuerit in carne
aut in pane, in igne (seu, igne) concremabitur. Ergo, logico Ie-
suita, necessario hic ד significat Ex carne, Ex pane.

Ulterius. . 2. Paral. 16, 6. Et edificavit בהם ijs (lapi-
dibus & lignis) civitates Geba & Mizpa. Hic ד Ablativi
materiae & causae (quem in propria Hebraismi constructione
adminiculo Praepositionis ד praeter consuetudinem Latino-
rum efferri norunt omnes, qui vel leviter prima Hebraices
principia degustarunt) oportet sine mora, ratiocinante & cen-
sente sic Cardinali, necessario & perspicue accipere. pro Prae-
positione Ab vel Ex. Obtusum consequentiarium & nimis
rarum frequentiarium! Vbi nunc frequentia illa testimonia
tua, in quibus supra scripturam sacram perspicue praefixione
ד pro ד accipere jactitabas? Quam levicula ventilatione
tota illa nimis apertorum figmentorum cerebri tui frequen-
tia in rarissimas & tenuissimas auras dissipata evolavit?

Vnicum adhuc coronidis loco Lectorem candidum mo-
nebo: cum videamus, etiam Doctorem Lutherum in versio-
ne vernacula retinuisse sensum antiquae vulgatae interpre-
tationis in loco Ecclesiastis notato: his verbis, *Meinen Leib
vom Wein zuziehen.*

Sed responsionis fundamenta plana sunt. Certum est ex
quamplurimis in precedente disputatione allegatis commen-
tarijs D. Lutheri, eum neq; huius dictiunculae ד neq; u. ius
alterius Hebraeae Biblicae voculae proprietatem equivocare

D. 3

constitue-

20.

21.

22.

23.

constituisse. Quocirca attendendum hîc est, ipsum non ex
fictitiâ & absurdâ istâ antiphrasticâ præfixi Δ æquivoca-
tione eum sensum elicuisse, sed ex diversâ applicatione verbi
simplicissimi וַיִּשׂוּב protrahere, ipsiusq; Præpositionis IN
diversa constructione: ubi insimul quod & alij quidam,
translatores faciunt, Nomen וַיִּשׂוּב ceu metonymico usu pro i-
psâ potatione vini positum interpretatus videtur, q. d. Co-
gitavi protrahere in potatione vini corpus meum, alior-
sum nempe. Ut nimirum IN Latina præpositio hîc non
cum Accusativo sed cum Ablativo construatur, & וַיִּשׂוּב
protrahere non accipiatur de protractione corporis in vi-
num, sed de corporis in potatione vini protractione, simul
ad aliud quiddam contendente, nempe ad sapientiam;
adeoque וַיִּשׂוּב ad sequentia versiculi verba referatur. Id
quod non alium sensum importat, quàm quem in versione
vernaculâ paulò alijs & magis perspicuis verbis proferre
voluit Lutherus. Atque uti ipse hanc constructionem &
ejus sensum maluit amplecti, ita haud quaquam finxit, i-
psam præfixionem Δ significare AB vel EX, multò minùs
talem quandam ejus significationem tanquam authen-
ticam obtrudere conatus est, sicuti Iesuitæ quidem tale si-
gnificatum Præpositionis Δ occasione versionis vulgatæ fin-
gunt, & vi decreti Tridentini sub pœnâ anathematis in hoc
Ecclesiastis loco, tanquam, authenticum, acceptare co-
gunt. Nec etiam suam illo loco constructionem ita au-
thenticam Lutherus venditavit, ut protinus anathema-
tis fulmine dignum judicârit eum, qui, desertâ eâ constru-
ctione, maluerit antecedens id versiculi membrum à subse-
quente per colon Athnach diremptum dijungere, & eodem
cum præcedentis versiculi sententiæ scopo, quasi ejus expo-
sitionem, accipere, constructâ Præpositione IN cum Accusa-
tivo, In vinum.

Dicis:

Dicis: *At illo modo poterat etiam accipi & excusari Latina vulgata versio, quomodo hic versionem Lutheri accipiebas & resolvebas. R. Ideoq; diligenter attendendum est, quid propriè hic nobis contra Adversarios in questione positum sit. Etenim si vulgata Latina ita accipiat & explicetur, ut non ex eâ absurda illa antiphrastica æquivocatio præfixi & stabiliat, aut ceu authentica obtrudatur, sed si Latine redditionis ibi ratio potiùs in diverso illo applicationis constructionisve genere constituatur: equidem hoc pacto non est, quod eam ibi interpretationem Latinam absolute & simpliciter repudiemus: Cum videamus, etiam alios peritos interpretes in diversos sensus ipse diversâ applicatione Verbi simplicissimi $\pi\upsilon\sigma\theta$, quod per se simpliciter Protrahere significat, & nunc hic, non ex suâ naturâ, sed ex applicationis dubio, ad protractionem vel huc vel aliorsum contendentem, h. e. tum ad attractionem, tum ad abstractionem $\mu\epsilon\sigma\sigma\upsilon$ fit, ut hinc dubium quoddam oriatur, an protrahere in vinum, an protrahere in potatione vini aliorsum, dici debeat. Non ergo absolute & simpliciter repudiamus sensum illum, quem Latina vulgata hic nobis exhibet, dictum nempe in modum resoluta: modò non ex eâ inepta ista ipsius Prepositionis & antiphrastica significatio ducatur, & tanquam authentica obtrudatur: quippe cum talis æquivocatio in alijs etiam Scripturæ locis periculi plus possit inferre: modò insuper libertas etiam sartata tecta maneat, Christianis hominibus digna, quò liberum sit citra anathematis periculum, si quis vel ad alteram illam constructionem & interpretationem haud quaquam per se incommodam, deserto vulgatae hic Latine sensu, malit deflectere.*

Eâ de causâ non etiam litem intendimus ipsi interpreti veteri, vulgatae auctori, quicumque ille fuerit. Siquidem

non

non deprehendimus ullo vestigio, quòd illi unquam in mentem venerit, suam ibi constructionem & interpretationem eâ strictâ conditione proponere, ut sub pœna infernalis damnationis non liceret eam deserere & ad alteram, proprietatibus dictionum & contextui Hebraeo non inconvenientem, recedere.

26.

Multò minus est quòd in hac causâ dicam scribamus Divo Luthero aut eius versioni, quippe qui nec fictitiam istam ipsius Prepositionis & significationem antiphrasticam nobis inde obtrusit, neq; unquam sub pœnâ anathematis prohibuit, quò minus, desertâ hîc eâ interpretatione (praesertim in negotio tam leviculo) liceret alterius constructionis & interpretationis rationem amplecti.

27.

Sed nobis lis etiam atq; etiam unicè cum impijs & indoctis Iesuitis est, Primò in hoc, quòd versionem hîc Latinam vulgatam ita explicant & resolvunt, ut ex eâ ipsam Prepositionem & prepositionem Ab vel Ex significare, contendant. Deinde, quòd eam, quam ipsi comminiscuntur, fictitiam Prepositionis & significationem AB, totumq; vulgatae versionis sensum in hoc Ecclesiastis loco, publica concilij autoritate ita authenticum proponunt, ut si quis malit in Hebraicarum originalium dictionum proprietate sectari constructionem alteram, prohibeant id sub inevitabili anathematis pœnâ, ut ne in minutissimo quidem hoc negotio per istius fulminis fragorem liberum maneat eam fictitiam Iesuiticam praefixi & significationem aut vulgatae Latinae versionis sensum deserere. Illud verò prius à Iesuitis nullo omnium à Bellarmino supra in patrocinium citatorum scripturae locorum fundamento, adeòq; praeter & contra totius Linguae sanctae usum tentari; hoc item posterius praeter & contra omnes humanitatis & divinatorum praescriptorum leges

leges non nisi Antichristi mancipijs digno furore fieri; paulò fusiùs hæctenus commonstrare voluimus.

בַּנֶּשָׂ ignominiosâ fœditate malignus fuit. Naturam participat Hebræi בַּנֶּשָׂ & בּוֹשׁ, permutatis nempe medijs Radicalibus quiescente ו & א, qualis permutatio etiam apud Hebræos fit in רֶשׁ & רֶשֶׁשׁ, & רֵישׁ & רֵישׁ, Psal. 82, 3. 2. Sam. 12, 1. Proverb. 22, 7. cap. 13, 18 & 22. cap. 22, 7. cap. 30, 8. Et in רֶשֶׁת & רֶשֶׁת, Psal. 18, 28. Prov. 24, 7. Perro, ex verbo בַּנֶּשָׂ extat Dan. 6, 15, פֶּיל עָלוּהוּי בַּנֶּשָׂ (pro בַּנֶּשָׂ, ex more permutatis zere & chirec: qualem permutationem etiam in בְּרֵית & בְּנֵה, & גִּזְרָה, & יִקְרָה, & מִנָּה, & שְׂרָה, & שְׂרָה, & תִּקְרָה, & תִּקְרָה fieri videbimus) ignominiosâ fœditate malignum factum est id super eum (regem,) h. e. ignominiosâ ac fœdâ malignitate offendebat factum id regem, qui simul pudore apud se suffundebatur, quippe qui experiri cogebatur, se fraudulentâ aulicorum suorum adulatione ac machinatione tam turpiter modò fuisse circumventum ac unicè jam eam in caput Danielis regi amicissimi redundare. Confer huc consimiles phrasiologias Num. 10, 11, Prov. 24, 18, & Dan. 6, 24. Factũ hinc, quòd Guido & alij Lexicographi בַּנֶּשָׂ reddunt metalepticè per verbum displicere & contristari: nec ostendunt fontem istius interpretationis. Non autem in allegato Danielis loco בַּנֶּשָׂ ad verbum significat contristatus fuit, vel conturbatus fuit. Alioquin enim subsequens עָלוּהוּי super eo vel super eâ referendum foret ad ejusdem versiculi præcedens Nomen fœmininum מִלְרָה, ad quod sanè Masculinum Pronomen הוּי ratione Generis non quadrat. Porro forma בַּנֶּשָׂ valde cognata est forma בַּנֶּשָׂ ignominiosâ & propudiosâ malignitate fœdus. Quod etiam in Paraphrasi Thargumicâ, Gen. 32 & 39, Deut. 1, Ier. 2, Esther 9, scribitur בִּישׁ

Locus Dan.
c. 6, 15. ex-
pensus.

E

Cate.

Ceterum in Hagiographis, Ezra 4, 12, extat in Fœm. Emphat: **נְשִׁינָה**, quod Raphelengius in suâ epitome Chaldaicâ refert **נְשִׁינָה**, at Guido in Lexico & Ben: Arias in Biblijs operis Regij **נְשִׁינָה**, in quibus lectionibus quomodo sibi vel inter se vel cum analogia Chaldaicarum formationum Nominalium in Grammaticâ operis Regij traditarum conveniat, ipsi viderint.

בָּרַךְ disperfit. Dan. 4, 11, Ex Hebr: **בִּיר**. Quod Paël Guido in Lexico operis Regij non exprimit, quod tamen fieri oportebat in Lexicographiâ: quippe in qua ante omnia debuerit ostendi, quod verbum in qua coniugatione fuerit in usu: cum non quodvis verbum in quavis coniugatione, citra usûs suffragium flectere liceat.

בָּהֵל fecit festinare, (proprie) cum terrore ac timore. Sicut in verbo Festinare Latini etiam autores trepidationem quandam includunt. Extat hinc Infinitivus Hithepal Dan. 2, 25. 3, 24. 6, 20, **הֵל בָּהֵל**, quod Guido ex Dan. 2 citat per pathach sub **ב**, & exponit Nominaliter: cum alioquin emendatissima quæq; Bibliorum exemplaria locis allegatis id habeant per scheva sub **ב**. Id quod Arias quoq; Dan. 6, 19, viciosissime per pathach sub **ה** edidit, contra Grammaticæ formationis analogiam. At in Paël, **בָּהֵל**, Dan. 4, 2 & 16. 5, 6 & 9 & 10. 7, 15 & 28. Quam formam Verbalis Coniugationis secunda non docet Guido in Lexico operis Regij. Nomen Fœm: est **בְּהֵלוֹ** festinatio.

בָּטַל cessavit. Unde Ezra 4, 24, **בָּטַל** (Quam quidem formam Guido allegat Nominaliter) cessatum est, vel factum est cessare: in 3. Sing: Fœm: Præteriti Peil, pro **בָּטַל**, pro more permutat is zere & chirec, uti supra in **בָּטַל** recensitum. In Paël **בָּטַל** fecit cessare.

Hinc Nomen Fœm: Substantivum **בֵּינָה** intelligentia.

בִּיר.

בִּיר. Hinc בִּירָה arx. Ex quo Nomine Guido in Lexico operis Regij emphaticam solum formam exprimit.

בִּית. In Præterito Kal Ord: 4, בִּית pernoctavit: quod in Lexico Guidoniano operis Regij perperam per pathach expressum est. Porro inde est בֵּית domus: Quod Hebrais & Thargumicis transfertur ad varia loca ac vasa, intra quæ aliquid continetur. Et usurpatur & Masc: & Fæm. Genere. Adnexâ literâ Emphaticâ בֵּיתָה fit. Cum Pronom: בֵּיתִי בֵּיתָה & c. seu בֵּיתֵי בֵּיתָה & c. Pluraliter בֵּיתֵי & c. per Dages ac Camez magnum. בֵּיתֵי licet usurpare pro Adverbio Intrinsecus.

בִּיר לִטְרוֹן seu precium redempti captivi. (Ab expilatione captivi sic dictum). At Fæm: est בִּירָה vedigal, ex mercium deportatione exactum. Habent hæc vicinitatem quandam cum verbo Hebræo בִּירָה inveteratione dederi. Quemadmodum בִּירָה gaza, quod בִּירָה scribitur, Persis & Chaldaeis usitatum, deductum est ex Hebr: בִּירָה, quod Hebrais significat Depilare, ac quasi expilare.

בִּירָה. Hinc in Paël בִּירָה absorpsit. Ex Hebr: Rad: בִּירָה permutatis literis ע & א.

בִּירָה ædificavit. Hinc Nomen Masc: בִּירָה ædificium. בִּירָה inter. Affixa Pronomina recipit instar Nominis Pluralis, Ut: בִּירָה בִּירָה & c.

בִּירָה tamen si Hebræis propriè significat Fecit cum fervore ebullire, ut patet ex Esa: 64, 2, Exodi 9, 9 & 10. Tamen, ut Hebræis alibi, ita semper in Chaldaicis etiam fragmentis Hagiographicis translata usurpatur pro Fervide expetere. Item in Paël בִּירָה: Ex quo, Danielis 4, ver 36, formata est 3 Plural: Mascul: Futur: Paël בִּירָה, & secundum alios, בִּירָה. Expetivit fervide applicato animi affectu.

Hunc in Kal & Paël esse genuinum significatûs usum in omnibus Hagiographica Chaldaïces locis, testatum fit ex illis ipsis, in quibus extat id verbum. Ut: Dan: 2. versibus 13, 16, 18, 23, 49. cap. 4, 33. cap. 6, 5, 8, 12, 13, 14. cap. 7, 16. Ut non necesse sit quicquam morari reliquas, quas huic verbo significationes facit Guido, dum nimis laxè exponit Quærere; Item, Exultare, Laudare, Cantare, Festinare. Quæ sanè significationes si essent propriæ, oporteret, ut ad loca scripturæ modò nobis à allegata quadrarent aut per se aut per convenientē quandā translationē. Figurationes itaq; hîc qualiter usum existimanda sint obtinere, ex proprietatis fonte debebat ostendere. Porro Nomen Fœm: est **עָרַב** petitio.

בַּעַל herus. Accommodatur interdum etiam translātè ad quemlibet, qui re quapiam propriè & abundè potitur, ad quem rei usurpatio potissimùm spectat. Ut: **בַּעַל טַיִם** herus seu potens sententiæ sive consilij, h. e. præcipuus consiliarius, Ezra 4, 8. Item, Aries herus cornuum, h. e. aries cornibus instructus, eorumque fortitudine potissimum fretus, Dan. 8. 6.

בְּקָעָה planicies campi.

בָּקַר distinctè inquisivit, Ezra 4, 15 & 19. 5, 17. 6, 1. 7, 14. Nihilominus hoc Paël Guido in Lexico operis Regij non exprimit. Neque verò etiam huc pertinet significatio dimittendi & liberandi, quam Guido Radici **בָּקַר** tribuit.

בֶּרֶךָ. Hinc **בֶּר** filius. In plurali ex Radice **בָּנָה** usurpatur **בְּנֵי**. Translatè autem nomen filij in Hebraïsmo & ejus imitatore Chaldaïsmo tribuitur cuivis rei minori, etiam inaminatæ, quæ majori aliij quodam jure cognationis quasi aut necessitudinis devincta est. Qualis phrasis occurrit Thren. 3, 13, sagitta filius pharetræ. Notandum in super id quoque loquendi genus: Darius filius anni, mensis,

si, diei, &c. h. e. Darius natus annū, mensem, diem, &c.
ut: Dan. 6, 1.

בִּרְרָה. Hinc Substantivum בִּרְרָה rus. Pro בִּרְרָה. Sicuti
ex Radice ordinis sexti apud Hebræos בִּרְרָה farris nomen de-
ductum est.

בִּרְרָה benedictis profecutus est. Usurpatur item in
Paël, בִּרְרָה. benedixit, vel, benedictis profecutus est. Nomen
Fæmininū בִּרְרָה genu, facit dualiter בִּרְרָה. Plurali .n. caret.

בִּרְרָה Verūm. Hæc est ejus significatio propria & con-
stantissima. Quòd enim alicubi ex Paraphrasibus Thargu-
micis reddi potest per Vtique, Profectò, Etiam, Quinimò:
id non fit ex naturâ vocabuli נאד' אַוְתָּה, sed tum demum
licebit eas interpretationes adhibere, ubi per eas redditio-
nes nihil periclitatur sententia contextus, quàm alioqui
conjunctio verūm exhibuisset. Alioqui perpetuò proprietas
conjunctionis Verūm urgenda.

בִּשָׂרָה caro. Ut Dan. 7, 5. Restrictè, de homine carna-
li usurpata, dicitur de infirmâ aut etiam reprobâ ac cor-
ruptâ carnis humanæ conditione: aliàs autem synecdo-
chicè, pro toto animali; aut pro toto homine, præsertim
carnalibus affectibus polluto. Ut Genes. 6, 3, totus homo
cum omnibus suis viribus & actionibus interioribus & ex-
terioribus affirmatur esse בִּשָׂרָה caro, h. e. σαρκινὸς carnalis:
cōcretè sumto vocabulo carnis, ad morem figuræ Hebraismo
& Chaldaismo usitata in collectione aut תָּוִי designandâ.
Qua ratione de toto homine & de toto animali accipien-
dum in Chaldaismo etiam, Daniel. 4, 9. Nascitur ex verbo
בִּשָׂרָה, quod propriè significat Reprobare in Paraphrasibus
Thargumicis, Iud. 19. 1. Sam. 2. 2. Sam. 6. Obad. 1. Malach. 2:
& apud Syros, 1. Iohan. 3. Et in Paël בִּשָׂרָה & בִּשָׂרָה nanci-
scitur fermè contrarium usum, tam apud Hebræos, Esa. 52, 7,
quàm apud Chaldaeos Paraphrastas, 2. Sam. 12, Psal. 40,

significans Evangelizare seu aliquem Evangelicæ vocis
sive læti nunciij gratiâ beare.

בַּתַּח. Hinc nomen בַּתַּח bathus. Ord. 6.

G I M E L.

גִּבְבִּי. Hinc גִּבְבִּי gibbus domus. Translatè usurpatur apud
Hebraeos etiam de prominente celli line collium aut al-
tarium, de canthis rotæ, de glebâ gibberâ, &c. At גִּבְבִּי fossa.
Pertinent autem hæc Substantiva Nomina ad Ordinem 6.

גִּבְבִּי potentiùs invaluit. Nam hinc Dan. 2, 20 & 23
Participiale nomen Peil Kal extat גִּבְבִּי substantivè in
Fœminino, ad formam punctationis Paul Hebræorum. גִּבְבִּי
vir: Plurale in usu est גִּבְבִּי. At גִּבְבִּי heros.

גִּבְבִּי deradendo præcîdit. A Rad. Hebr: גִּבְבִּי. In Chalde-
is fragmentis Hagiographicis usurpatur, tantùm Dan. 4, 11
& 20, de arbore. ubi haudquaquã verbum hoc cum Rophe-
lengio licet equivocare in verbum Excindere: siquidem
versu 12 de eâdem illâ arbore præcidenda dicitur disertè,
quòd stirps radicem eius in humo inviolatus relictus
fuerit.

גִּבְבִּי sive גִּבְבִּי intermedium. Accedentibus ad finem Li-
teris, fit גִּבְבִּי &c.

גִּבְבִּי tumor dorsii propriè Hebræis, Vt: Job. 20, 25. Trans-
fertur deinde ad quamvis eminentiam vel elationem.

גִּבְבִּי, quod per resolutionem usitatam puncti Dages (quæ
& suprâ in Nominibus גִּבְבִּי & גִּבְבִּי ostensa fuit) scriptũ extat.
גִּבְבִּי gazæ. Quod tempore captivitatis Babylonica & pau-
lò post à Persis & Chaldæis accõmodatum fuit etiã Hebræis,
ut patet in lib. Esther 3, 9, 4, 7. Ezech: 27, 24. Nec in scriptis
Biblicis Hebræis ante captivitatem adhibitum legitur hoc
vocabulum. Hinc insuper Chaldæis גִּבְבִּי, (quod Guido
in opere Regio scribit גִּבְבִּי, secùs quàm locus ab eo citatus
Ezra 7,

Ezra 7, in exemplaribus emendatis & in ipsius Ariæ Biblijs
habet) Et per consuetam Literarū ך ם & ך symbolian, ך ך ך
ratiocinatores thesauris regijs præfecti. Ex ך ך ך & ך ך
composita.

ך ך decedit. Unde etiam Dan: 4, 14. ך ך translate
quod decisum est sive quod decretum est: in Fœm: Peil.
pro ך ך iuxta usitatam commutationem zere & chirec
in Peil. Porro, Dan: 2, 27, offert se Plurale Benoni Kal
ך ך Nominaliter, pro aruspibus, qui ex victimarū extis
decisis conati sunt decidere ambiguitates de rebus fu-
turis. Si eiusmodi translationem illius verbi decedit vel
apud Latinos usitatam consideres, facile deprehendes, quâ
occasione Guido usum eius verbi Chaldæi per multiplices
significationes explicuerit, dum ait: ך ך primò significare
Pangere fœdus. 2. decernere, ordinare, concludere.
Hæc ita congerit Guido ceu synonyma, quasi hæc tria verba
prorsus inter se æquivalear. Quis verò tam ignarus est?
quin sciat, quantis parasangis unum altero latius pateat,
aut in significationis usu strictius coërceatur. Proinde non
omnia illa verba suo usu jure pari possunt adæquatè Radici
quoq; Chald: quadrare: aut enim hoc erit justo strictius, aut
illud justo laxi9. Porro, inquit, ך ך tertio significare Abscin-
dere, dividere, secare, circumcidere. Hæc iterum ita con-
fidenter promiscuè confert, perinde ac si inter sese prorsus
exactissimè equipollear. Neq; sollicitus est, ullum harum
interpretationum fontem ex proprietate fundamentali o-
stendere. Satis suo officio ac abundè fecisse judicat, si saltè
hæc ita ex Dictionarijs corrasa conglobarit.

ך ך. Hinc in Haphel Ordinis 4 ך ך erupit omni vi.
Propriè dicitur de violentâ eruptione quæ fit in aqua-
rum alluvio ac inundatione.

ך ך

גִּיֵר *gypsus tectorij.*

הִלָּח *discooperuit sive detexit, propriè, de loco, quem antea insidendo obtexerat. Hinc sæpè commodius redditur Migrare loco suo. Transfertur deinde ad detectione negotij cujuscunque. Inde Guido, Raphelengius & alij quidam Lexicographi narrant, hoc verbum modò significare Exulare, Emigrare loco suo, Captivum duci, Vagari, (perinde ac si hæc inter se pulcherrimè prorsus adæquatè equipollegant,) modò significare Revelare, &c. nec simul docent, quemadmodum ad proprietatis fontem diversas istas redditiones oporteat revocare. Porro extat ab hoc verbo Peil גִּיֵר & גִּיֵר Dan. 2, 19 & 30, pro גִּיֵר sicut קָרַי Ezra 4, 18 & 23: ad imitationem punctationis Literarum Gutturalium, quippe quarum prolatio pronunciationi Literarum palati quàm proximè affinis est. Haphel הִלָּח fecit emigrare loco suo. Nomen Fæm. גִּיֵר transmigratio. Quod in Lexico Guidoniano Operis Regij perpetuò per pathach allegatur, contra perpetuam analogiam Lingua Chaldaea.*

גִּלְגָּל. Hinc גִּלְגָּל rotæ volubiles, quibus facile est provehi loco suo. Quanquam apud Hebraeos translata dicitur etiam, de vertice venti rotato. At גִּלְגָּל rudus lapidum, quod hinc inde volutatur. Convenit enim cum Hebraeo גִּלְגָּל 1. Regum 14, 10. Denique מִגְלָה volumen libri. Quod Guidonis Lexicon in opere Regio perperam allegat מִגְלָה ex Esdrae cap. 6: contra quàm ibi habet textus, & contra quàm docet Grammatica Chaldaea Operis Regij, pag. 9. Deceptus autem est scripturâ paraphraseon, in qua punctis absentibus, Iod illud designavit punctationem dages fortis.

גִּבּוֹר *finivit. Ex quo Peil, Ezra 7, 12, Nominaliter positum significat perfectam incolumitatem, omniq̄ue munitionis genere intra fines tutos ceu vallo septam. Signifi-*

significat ergò נִסַּךְ propriè consummatè finire; atq; secundum antiphrasin Hebrais & Chaldais usitatam, consumere ac exterminare, apud Paraphrastas Deut. 20, Ios. 10.

אֵלָא ala avis Ord. 6. sic & apud Hebraeos usurpatur, sed translata. Exodi 21, 3 & 4: si servus Israeliticus venerit אֵלָא suâ, hoc est, corpore suo, sive uxore ac liber instar volucris in aëre liberè volantis, &c. Aliâ item translatione adhibetur Proverb. 9, 3, de pinnis murorum.

גֵּרָמִין ossa. Ex Rad: Hebr: גֵּרָם.

גִּשְׁמָה, quod accedentibus ad finem Literis facit גִּשְׁמָה & גִּשְׁמָה &c. Corpus animalis. Appellationem accepit à densitate, ac crassitie densè coherente. Ex Hebr: גִּשְׁמָה, quanquam hoc Hebrais de densitate imbris ex nubibus concretis cumulativè ac densè effusi usurpatur.

DALETH

דָּבִי ursus, ursa. Habetur enim in Genere utroq; Ord. 6. quod patet ex Hebr: 2. Regum 2, 24. A Guidone hac forma in Lexico operis Regij prorsus negligitur. A Raphelengio verò perperam inter quiescentia mediâ Vau recitatur. Nam quando דָּבִי ex quiescentibus Aijn est, fluxum significat. Paraphrasticis, Levit: 15.

דָּבַח immolavit. Hinc Nomen דָּבַח victima. מִדְּבַח altare. Ex Hebr. דָּבַח.

דָּבַק adhæsit. Dativum huic Verbo Latinorum constructum licet hîc per Accusativum efferre.

דָּבָר. Hinc דְּבָרִים oratores. Guido simpliciter allegat דְּבָרִים ex Dan: 3 & 4. Sed perperam præcidit Literam ה, quippe quæ in hac Linguâ demonstrationis emphaticæ causâ syntacticè non à fronte præfigitur sed ad calcè suffigitur: multò minùs syntacticè præfigitur formis constructis

F

structis

structis per י. finitis. Hic verò Etymologicam præforma-
tionem adminiculatur porro ex Fam. יְבִרָה. exstat status re-
giminis יְבִרָה. Propriè sermo: ut patet ex Iob 5, 8. Metony-
micè pro causâ seu re ipsâ, de qua sermo est. על יְבִרָתִי.
super causâ quò, seu, ea propter quò. Reddit enim hoc
modo Conjunctionem Vt.

יָהָב aurum ex Hebr: זָהָב.

רוק In Prat: Kal Ord: 4, רָק minutatim attenuatus
fuit. Dan. 2, 35.

רוּר. Hujus Præteritum Kal in Ord: 4. est רוּר perdu-
ravit in habitatione suâ. מְרוּר & (quod Guido negligit
in Lexico operis Regij) מְרוּר habitatio. תְּרוּרָה durabilitas.
רוּר seculum.

רוּש. In Prat: Kal ord: 4. רוּש propriè crebrò calcando
pressit atq, hoc modo trituvit. Hic Guido trāslativos
usus à significatione propriâ distinguere non docet, sed sim-
pliciter narrat, רוּש primò significare calcare, trituvare, 2.
silere, tacere. 3. assuescere.

רוּח blandimenta insidiosa ac periculosa, insidiosè
abstergentia ac propellentia tristem animi sollicitudi-
nem. Ex Rad. רוּח, qua & Hebrais & Paraphrastis Chal-
daeis significat propriè constituit aliquem in blandâ gla-
bricie, quò eū in ipsâ periculosè propelleret. Vt patet ex
Psal. 35, 5. 36, 13. 56, 14. 116, 8. 118, 13. 140, 5. Prov. 26, 28.
Vicinitatem enim habet hac Radix cum verbo רוּח, Jer. 23,
12, & cum Radice רוּח, Jer. 51, 34.

רוּת. Hinc Nomen ord. 4, רוּת statutum ac edictum.
Vt: Ezra 7, 26, כָּל הַיּוֹאָרָה לֹא רוּתָהּ, omne quod non
ad essendum statutum, seu quod non sit statutum, h. e.
omne peccatum. Generis utriusq.

רוּח

לְחַלְחַל humi reptando formidavit. In Paël, חָתַל per
terrefecit. Ex Hebr: חָתַל.

וְאֵי valet Pronomen Relativum Qui, Quæ, &c. in u-
troque Genere & Numero. Non minùs tamen aliud quoque
Pronomen demonstrativum, quod precedentis correlati No-
minis Generi, Numero, Personæ & Casui respondent, simul
post se trahit. Vt: אֱלֹהֵי יְהוָה Deus, cui. Dan. 2, 20. Licet
tamen tunc ipsum, וְאֵי amittere, aut subjunctum Pronomen,
aut etiam utrumq;. Porro adminiculatur etiam וְאֵי applica-
tionem Genitivi ad Nomen vel emphaticum, vel pronomine
alio suffixo, subsequenti Genitivi prænuncio, onustum. Vt:
Dan. 2, 15, שְׁלִיטָא דִּי מְלָכָא Præfatus regis. Dan. 2, 20,
שְׁמֵהּ דִּי אֱלֹהֵי נִמְרֹתָא nomen ejus qui Deus, h. e. nomen Dei.
Deniq; cum וְאֵי (more Latini etiam Relativi) degenerat in
Syncategorema, redditur per conjunctionem Quòd seu Quia:
vel per Conjunctionem, ut, modò regat verbi Futurum. Vt:
Dan. 2, 16, וְאֵי יִבְרָא ut det. Et Dan. 6, 18, וְאֵי לֹא תִשָּׁנָא ut
ne variet.

וְאֵי. In Præt. Kal. Ord. 4, וְאֵי dijudicavit. In Hitheal,
cum alio dijudicari est cum alio ceu in foro judiciario
concertare. וְאֵי iudicium forense. Metonymicè pro ipsâ
causâ de qua judicatur pro tribunali. וְאֵי iudex. Quod
Guido perperam scribit וְאֵי per geminum Iod, deceptus ite-
rũ (ut suprâ in מְבִירָה) paraphrasen scripturâ, in qua pun-
ctis absentibus dages Forte per alteram literam Iod indigi-
tatur, quam geminationem postmodum, ascriptis punctis,
oportet tollere. Quod vel ex Grammaticâ Chaldaâ Operis
Regij, pag. 9, neminisse debebat Guido.

וְאֵי iste. Fœm. וְאֵי aut וְאֵי ista. Sic וְאֵי iste, ista. In utroq;
Genere. Vtteriùs non inflectuntur.

אֲגֵנְלִיִּם agnellus אֲזָכָר memoriale. (quod Guido ex Ezra 4
perperam allegat אֲזָכָר) Idem אֲזָכָר Ezra 4, 15. Idem quoque
אֲזָכָר Ezra 6, 2. Quod Guido in Lexico operis Regij prorsus
negligit.

אֲזָכָר infectatus est, propriè instar flammæ furentis in
genistas.

אֲזָכָר conformem fecit, nempe vel alij, vel sibi ipsi.
Itaque tunc sepe licet interpretari, cum vi ac potestate in
ordinem redegit tumultuantes, adeoque (synecdochicè,
causâ pro effectu sumtâ) à motu tumultuoso cessare fecit
ac vicit. Sepe autem redditur Kal absolute aut passive,
ubi nempe destituitur Accusativo. Porro, quia res cogita-
mus, specie ac similitudine rerum conformi cogitationibus in
animo conceptâ: ideòque ad animum hoc modo translatum
hoc verbum aliquoties apud Paraphrastas Gen. 37, Iud. 11,
Ierem. 2, & in Paël apud Hebræos quoque translate exponi-
tur cogitavit, vel imaginatus est conformem rei speci-
em. Inde factum, ut Guido scripserit, אֲזָכָר significare
1. Suspectum habere. 2. Putare, cogitare, commenta-
ri. Item similem esse Dan. 3, Proverb. 6. Raphelengius
addit Excindere: Et in Paël, inquit porro Guido, signifi-
cat Assimilare, In Itbpaël Attendere, advertere, In Sy-
riacâ versione Epistola ad Tit. 1, Et assimilari Prov. 6. Quæ
postquam ita congeffit Guido, postmodum ne verbulo qui-
dem sollicitus est, quomodo hæc omnia oporteat ad unicum
proprietas sinum revocare.

אֲזָכָר. Quod extat emphaticè אֲזָכָר hic. Et in Fæm. hæc.

אֲזָכָר. In Haphel Ord. 6, אֲזָכָר minutatim attenuavit.
Paraphrasibus verò translate usurpatur, quasi ad vivum
refecuit, hoc est, minutatim ac sigillatim seu accuratè ac
singulariter contemplatus est.

אֲזָכָר

זרע. אֶרְרַע & אֶרְרַע brachium Nomina fœm. ex Hebr: Rad:

רתת. Hinc Nomen Ord: 6, רַתְּ statutum ac edictum. Dan. 2, 9. Vicinum est compositum רַתְּבֵרִין consiliarij.

רַתְּ germinatio tenella. Ex Hebr: רַשָּׁא

HE.

הַ alijs vocibus syntacticè prefixum, valet Adverbium Num vel Annon. Sæpiusculè verò ἐλέγχεα.

הַ & הַ Adverbia significant Ecce.

הַמִּין membra corporis concisa & cruentata.

הַנֶּר veneratus est, applicatâ animi devotione. Nomen ex huius verbi Radice est הַנֶּר decor.

הוּא ipse. Plur: הַמִּין & הַמִּין ipsi. Fœm: Sing: הַיִּיא ipsa. Uterius ex his formis inflexa non extant in Hagiogr.

הוּא fuit. Dan. 2, 43 לְהוֹיָהוּ contractè, pro לְהוֹיָהוּ & cap. 5, 17 לְהוֹיָהוּ pro לְהוֹיָהוּ. Absentis verbi Substantivi vicem sæpe præstat Pronomen demonstrativum. Ut: Ezra 5, 4 מִן אֲנִי שְׂמִיָּהוּ quæ ipsa nomina, hoc est, quæ essent nomina.

הוּא. In Prat: Kal Ord. 4, הוּא pervenit. In Kal Infinit: מהוּא Dan. 7, 13. Quod Guidonis Lexicon in opere Regio viciose habet per pathach: sicut & ipsam Radicem: contra quàm requirit præmissa ibi Merceri Grammatica, pag. 5. Porro similiter Imperat: Kal dicendum הוּא. Fut: Kal הוּא & c.

הוּא palatium.

הוּא & in Haphel הוּא Dan. 2, 25. 4, 34. fecit ire. Et absolute, יוּא. Quod Haphel Guido in Lexico operis Regij negligit. הוּא reditus annuus sive census. Quod Guido viciose ex Ezra 4 allegat per - sub primâ.

1.

¶ cum Adverbium est, & nudè ponitur absq; adjunctâ negativâ particulâ, valet per se Adverbium En, Vt patet ex Hebræis etiam, Num. 23, 28. Psal. 51, 7. Iob. 13, 1. 36, 26 & 30. Et ex Chaldæis, Thargumicis, Esa. 68 : & Canonicis, Dan. 3, 17, ¶ En est Deus noster, quem nos colimus, potens liberare nos. Ubi haud quaquam licet cum, Raphelengio exponere dubitativè, sive futurum est : nisi tres pios illos viros, Danielis socios, extremè prophanè de DEI potentiâ sensisse ac dubitasse, absurdè statuas. Caterùm quando cum negativâ particulâ jungitur, ut : אין אין , præsertim in verso ordine contractè אין אין , ut : Dan. 2, 11 & 30 : non nego, conjunctim eas particulas rectè reddi per conjunctionem Nisi. Sed & aliud adhuc est אין , quod non ex אין & Adverbio אין , sed ex pronomine suffixo אין & prefixo אין conflatur, & tunc instar Conjunctionis præpositivæ ratiocinativæ usurpatur pro propterea. q. d. Ad ea, vel, Ob ea. Daniel. 2, 6 & 9. de quo suo loco, cùm ad hoc Adverbium non pertineat.

2.

Hisce observatis, promptum jam est respondere ad strophas Pontificiorum, quando etiam Danielis 4. versu 24 אין contendunt significare posse si vel si fortè. Verùm enim verò respondeo, meritò nos in quibuslibet textibus Biblicis tantisper urgare proprietatem voculae modò ex libro Numer: Iobi, Psalm. Proverb. Esa. & Danielis comprobata, donec nos ab illâ interpretatione aliquid remittere cogat manifesta circumjectorum alicubi verborum circumstantia aut alterius absurditatis evitatio : qualem verò absurditatem in illâ expositione EN Danielis 4. versu 24. nullam esse agnoscit Arias, qui & ipse ibi voculam Si fortè versionis Pagnini commutat in Interjectionem Ecce.

3.

Quòd autem Guido, Raphelengius & alij significationem Si & Sive & An vel Num in particulâ hac evincere conantur ex Hebræo Exodi 8, 22, Ier. 2, 10. Dan. 3, 15 :

ea

ea facilima expeditu sunt, si advertas, crebrum hujus Particulae demonstrativa usum esse, cum alicui casus quidam dijudicandus proponitur cum exhortatione ad accuratam attentionem & expansionem propositi casus: & plerumq; tunc Particula ¶ praemittitur verbo Futuro subjunctivo, ponenti casum ac eventum futurum. Evidentissimè hanc observationem in manus tradit usus Biblicus, ut: Haggai 2, 11 & 12: Sic dicit Dominus Zebaoth, interroga quaeso sacerdotes legem, dicendo: ¶ E N, portarit quisquam carnem sanctitatis in orâ vestimenti sui & tetigerit orâ ipsius ad panem & ad pulmentum & ad vinum & ad oleum & ad quodcunque edulium, num id sanctificabitur? Et responderunt sacerdotes & dixerunt, Neutiquam. Vbi omninò non est necesse, teste iterum Ariâ, ipsa vocula ¶ per se tribuere significationem conditionalem Si, quippe quæ conditionalis significantia translatoribus saltem ex recitatione ac propositione casus dubij, & ex verbo Futuro subjunctivè sumto nata est.

Sic etiam res habet Exodi 8, 22. ¶ E N, sacrificaverimus abominationem Aegyptiorum coram oculis ipsorum, & non lapidabunt nos? Suffragatur hîc quoque Ariâs. Ita Ezrae 7, 26, E N, peccatum fuerit contra Deum aut regem ad mortem, judicium fiat de eo ad mortem: E N, peccatum fuerit ad exilium, judicium fiat de eo ad exilium, &c. Sic enim ibi oratio elliptica ex precedentibus correspondentibus est supplenda.

Atq; hac ratione videmus, vel in ipsâ negativâ oratione, ¶ simpliciter per se consideratum retinere in sese naturam demonstrandi, & usum in ponendis casibus ac eventibus. Vt: Dan. 3, 18, Deus noster ex manibus tuis, ô rex, liberabit. Et en non, scilicet liberaturus sit (q. d. ponamus ita) scias nihilominus, ô rex, quod Deos tuos nunquã culturi simus. Ceterum in versu 24. Dan. 4. nulla ad ¶ sequitur

dic-

ἀποδοῖς. quocircā, etiam ibi casum quendam aut eventum conditionaliter proponi, iudicare non licet.

6. Quod ad Ierem: 2, 10. Mittite in insulas & attendete & videte, eccete, factum est simile quiddam? ne ibi quidem necesse habemus naturam demonstrativi adverbij deserere. Quod iterum Arias quoq; testatur versione En.

7. Ita Dan: 3, 15. Quapropter, en este parati. Vel, en estis parati, ut habet Arias.

8. In nullo horum Scripturae locorum à Raphelcngio & alijs pro equivocandi licentiā palliandā allegatorum necessitas ulla quivit nos depellere à nativā & constanti illā demonstrativi Adverbij, simplici ac nudo syncategoremati per se competentis, proprietate. Restat in ךׁ vocabulum ךׁ conceptus animi. Ex Rad. Hebr. ךׁ.

VAV.

Coniunctio copulativa ET cum scheva simplice praefigitur vocibus à fronte. Quoties verò alij simplici scheva, aut alicui ex literis ךׁ preponenda venit, scribitur ךׁ atq; tunc instar vocalis V Latini enunciari solet, sed ante subiunctam consonantem, eamq; si scheva simplic. notata sit, ad sese rapit. Ante Iod tamen simpliciter schevatum fit contractio in Chirec. Ut: ךׁ praevaluit, ךׁ & praevaluit. Caterum quòd ךׁ ante ךׁ habet regulariter -, ante ךׁ verò -, & ante ךׁ demum ךׁ, id ex Regulis generalibus, praesertim de punctatione Gutturalium, notum est. Porrò Guido in Lexico operis Regij fidenter narrat, Vav prefixum poni pro omni Latinā Coniunctione, iuxta loci rationem, nempe pro Et, Porrò, Caterum, Ac, Atque, Enim, Aut, Autem, &c. Et Bellarminus in institut. Hebr. affirmat,

mat, Particulam præfixam Vav esse notam copulativam
 & significare Et, Atque, Autem: interdum etiam signifi-
 care Quia: significare quoque Sic vel Similiter, item Sed,
 Certè, Vtrùm: quod postremum fortè ex alijs exscribere co-
 natus est, qui pro eo solent habere Verùm. Verùm enim ve-
 rò ad illa omnia & ad loca illa scriptura, quibus solent po-
 lysemias istas palliare, responsiones expectabis in classe nona-
 gesimâ octavâ Quæstionum Hebraicarum dehinc, Deo
 juvante, contra Institutiones Hebraicas R. Bellarmini di-
 ducendarum.

Z A I I N.

זָבַן redemit in possessionem suam. *Extat in Benoni
 Kal Dan. 2, 8.*

זָהַר. Hinc extat Peil זָהַר præmonitione cautior fa-
 ctus. *Ezra 4, 22.*

זָעַע. In Præt. Kal Ord. 4, זָעַע commovit se cum tre-
 more.

זָוַר. Hinc Haphel Ord. 4, זָוַר fecit effervescere. *U-*
claret ex Hebr. Gen. 25, 29. Usitatius translata, Tumidè ac
superbè egit. Ut Dan. 5, 20. Quod verbum Raphelen-
gius in suo Chaldaeo dictionario præterierat.

זָוַר figura ac aspectus rei alicuius.

זָוַר. In Præt. Kal Ord. 4, זָוַר aluit victu. *Vnde in Hit-*
peal extat 3. Sing. Masc. Futuri, Dan. 4, 9, זָוַר pro זָוַר, ex
more permutatis zere & Chirec. זָוַר alimonia. Ex Hebr.
זָוַר.

זָוַר. Hinc Nomen Fæmin. זָוַר puritas. *Danielis 6, 23.*
Quam formam Chaldaeam cum suâ hîc significatione Gui-
do non notat.

מן condixit de certo tempore. מן tempus deter-
minatam.

מן cantor. Quod Guido ex Ezr. 7, 24, perperam al-
legat מן per sub primâ. מן musica.

מן varia genera seu varia species rei cuiusdam. Extat
in Hagiographis pluraliter tantum. Ut: Dan. 3, 5, 7, &c.

מן clamavit.

מן pusillus. Adject.

מן erexit.

1. מן (accedentibus ad finem Literis זרע זרעו &c.
per pathach sub ז, ad analogiam Hebraei זרע) semen. Et
nab autem quidem significat massam seminis cuiuscunque
seu animantium seu terræ nascentium, &c. Nihilominus
deinde apud Hebraeos & Chaldaeos (synecdochicè, materiâ
pro toto effectu positâ) usitatissimè accommodatur hoc No-
men ad unum propriè & singulare individuum seu per-
sonam unam ex posteris.

2. Contrâ, quàm contendit Hemmingius in Comment.
ad Galat. 3, 16: ex Iohanne Calvino, qui in Commentario
in Genes. 3, 15, dicit, Verbum zera semen nimis violen-
ter ad unicam Christi individuum Personam torqueri:
Quis n. (inquit porro) concedet, Nomen collectivum de
uno tantum homine accipi? Hæc Calvinus.

3. Cujus Regula universalitatem manifestè fallere in scri-
pturâ Genes. 4, 24, & Genes. 21, 13; vel ipse Paræus, caco-
doxias Calvini hyperassistes, nolens valens agnoscere & di-
sertis verbis fateri cogitur: in suo Calvino Orthodoxo
pag. 260. Edit. Neostad. inquit: semen mulieris non in-
terpretatur Calvinus Individuè, sed collectivè, duas ob
causas. I. quia Semen est Nomen collectivum, quod non

conce-

concedit de uno tantum homine accipi. Hæc ratio licet
cõmuniter nõ sit firma, quandoquidem Gen. 4. Seth indi-
viduè vocatur semen; tamen hîc (Genes. 3, 15) videtur lo-
cum habere, &c. Et mox: Quapropter & hoc collectivè to-
tam mulieris posteritatem significare videtur. Hæc pro tu-
endo Calvino Paræus cedro digna.

Pulchrè sanè, Paræe, ac solidè orthodoxian Calvinii
vindicaſti per tuum videtur. ô conscientia cauterium! Itã-
ne nimis videbas? Majoris propositionis universalitatem in
puerili Calvinii argumento, vel ex Grammaticâ observa-
tione de usu Nominis zera Biblico, palpabiliter vanitatis
putidissima convinci.

4.

Sed ad loca superius adducta & hunc addo ex Gen. 22,
18, Benedicet sibi in semine tuo universa gentes terra. Vbi
haudquaquam gentes fideles reputant se benedictas in meri-
to CHRISTI, capitis nempe & simul membrorum mystici
corporis ejus Ecclesie collectivè: id quod vel ipse iterum agno-
scere cogaris, nisi in Babylonica meretricis castra manifestam
secessionem facere malis. Tum verò, necesse est omnino alios
esse eos, pios nempe, qui sibi benedicunt in semine, & ali-
ud item esse illud semen, in quo sibi gentes fideles benedi-
cunt: nisi pios sese in seipsis benedictos credere, absurdè
statuere velis, si hîc semen ipsos fideles esse contendas.

5.

Illud verò denique non nego, in alijs quibusdam Scri-
pturae locis Nomen singulare Zera, semen accipi per enal-
lagen Numerorum collectivè, pro compluribus indivi-
duis vel personarum vel granorum, &c. nempe tum de-
mum, ubi in contextu quaedam Pluralitatis circumstantia
ad enallagen illam Numerorum nos cogit. Sed quia

6.

G 2

hactè

hactenus ad talem enallagen, in allegatis Genes. 3, 15, & Genes. 22, 18, nulla nos cogit neq; contextus circumstantia neq; alia absurditas Articulum fidci violans: merito constanter ipsam proprietatem Numeri Singularis citra omnem Numerorum ibi enallages aut collectionis confictionem simpliciter retinemus & urgemus.

HHETH.

חָבַר obstrinxit. Hinc enim extat, Dan 6, 23, Participiale Nomen Fæmininum **חַבְרָה** obstrictum, nempe ad poenā: per **ח**, ad imitationē formæ Paul Hebræi. Quod Guido in Lexico operis Regij perperā allegat **חַבְרָה** per simplex pathach. In Paël **חָבַר** destrinxit: Translatè devastavit, &c. At Nomen **חָבַל** seu **חָבַל** læsio, retinet usum metaphoricū. Vide supra Thes. 47, 48 & 49 Disput. 1. Poteris enim exinde iudicium facere de quadrigis istis Guidonis, qui scribit **חָבַל** primò significare Disperdere, labefactare, corrumpere. 2. calefacere. 3. oppignerare. 4. incidit, Item Parere & dolere. Terpulchrè ô bone! sic enim, nullo ostenso proprietatis fonte, poteritis textibus interdum hanc vel illam significationem (ut placuerit) accommodare, etiamsi ibi interdum à genuinā & constanti proprietate absurditas nulla depelleret. Imò fit sepe, ut tunc, non ostensā proprietate, huiusmodi redditionibus alienioribus emphaticus ac genuinus in contextibus sensus hebetetur atq; prorsus enervetur.

חָבַר focius Adiectiv.

חָבַר Plurale (quod Guido, ex Dan. 3, 32, mendosè in Lexico operis Regij allegat per simplex pathach) usurpatur de costis compactis pectoris in animali: sic dicti, quòd pectus in anteriore animalis parte, à gulā usque ad ventrem, in conspectu sit positum. E Rad. Hebr. **חָבַר**. Habetur hoc Nomen

men cum affixo, Dan. 2, 32, quod in Lexico Guidoniano o-
peris Regij citatur viciosè **חַרְוֵי** per simplex pat bach.

חַרָּה. Hinc **חַרְוָה** lætitia.

חַרְתָּ novus. Adiectivum, ex Hebr. **חַרֵּשׁ**.

חֹר. Ex hoc verbo Hebræo extitit Nomen Chaldaum
חַרְוֵי enigmata. In Plur. Fæm. Quod Guido perperam ex
Rad. Hebr. **חָרוּ** deducit. Nam **חַרְוָה**, quod apud Para-
phrastas ex **חָרוּ** deductum est, significat rem appren-
sam, quam quis propriè tenet. Levit. 19. Num. 27.

חֹה. In Paël **חֹהִי**, & in Haphel (quod Haphel Guido
in Lexico operis Regij non notat) **חֹהִי** Dan. 2, 5, 6, 7, 10, 16,
27, & cap. 5, 12, fecit scire.

חֹט. In Haphel Ord. 4, **חֹטִי** confuit.

חֹר albus. Adiectiv.

חֹה intuitus est infixis oculis. Hinc Dan. 3, 19 **חֹה** pro
חֹה in Peil: juxta usitatam Literarum permutationem, &
vocalium. **חֹה** aspectus rei. Nomen fæmininum, quod &
in formâ Masculinâ, accedentibus Literis, usurpatur **חֹהִי**
& **חֹהִי** & c.

חֹטִין Hebraicè & Paraphrasticè: & in Hagiographis
Chaldæis **חֹטִין** frumenta triticea.

חֹטִין peccans. Nomen Adiectivum. At **חֹטִים**
חֹטִים substantivum Plurale, significans peccata. ceu ex
singulari **חֹטִי**. Quid verò ad huius vocula equivocationes
ac depravationes Pontificias respondendum sit, coniunctâ
operâ videbimus infra in dictione **חֹטִין**.

חֹי vivens, propriè lautè ac hilariter. Adiectivum Ord.
6. Plurale Masculinum abstractè usurpatum significat vi-
tas & vitæ tempora.

חַיָּה vixit. At nomen cum quiescente Iod חַיָּה animal.

חַיָּל Dan. 4, 11. 5, 7. Ezra 4, 23. (Quam formam Nominis primariam Guido in Lexico operis regij non notat) dūvā-
mus sive virtus. Accommodatur, pro contextuum circum-
stantijs, nunc ad virtutem animi, nunc ad belli, nunc ad
opum vim. Ideoq; modò strenuitas, modò exercitus, modò
victoria, modò opulencia vertitur.

חַכִּים sapiens: Nomen Adjectivum. חַכְמָה sapientia:
Substantivum Fœmininum.

חַלֵּם somnium. Dan. 4, 2. Quam formam nominis pri-
mariam Guido in Lexico operis Regij prorsus negligit.

חַלַּף transivit, vel παρῆλθεν. Sic enim ex Psal. 102, 27,
verbum Hebraeum Kal expresserunt Evangelistæ, Matth.
24, 35. Marc. 13, 31. Luc. 21, 33.

חַלַּק. Hinc Haphel חַלְקִים propriè blandificando di-
spendit, sicut aurum blandificando dispenditur in laminas.
Ut patet ex Hebr. Esa, 41, 7. Hinc transfertur ad blanditias
sermonis & gestuum, & in genere ad quamvis fermè
distributionem ordinariam. Vbi habetur in Benoni Ha-
phel plur. Fœm. Ezra 6, 8. Quæ translationes Radicis et-
iam Hebrææ explicabantur suprâ in Disput. 1, thesi 51. Inde
judicium fiat de collectaneis Guidonis, qui Verbum חַלַּק ait
significare Dividere, Lenire, &c. Porro חַלְקִים portio. E-
zra 4, 16. Dan. 4, 12. Hoc Nomen Guido in Lexico Operis
Regij prorsus negligit.

חַמֵּר vinum meracum.

חַן gratiâ vel misericordiâ profecutus est. Ord. 6.
Construere id licet cum gemino Accusativo. Exstat hinc Infi-
nitivus Kal חַנֵּן Dan. 4, 24. Quod Iudæi quidam, contra
omnem Grammaticam analogiam, deducere conantur ex
Rad:

Rad. **ח**, qua de re infra, sub titulo istius Radicis. Porro hęc in Paël fit **חָנַן** commendavit gratiã alicujus.

חָנַן initiavit. Hinc enim Ezra 6, 16 & 17 extat participiale Nomen **חָנְנִי**, per resolutionem magnæ vocalis, pro **חָנוּכָה**, ad imitationem formæ Paël Hebræi.

In Haphel **חָסַן** potitus est. Cum Accusativo. **חָסַן**, accedentibus Literis ad finem, **חָסְנָה** & c. facultas.

חָסַן argilla. Ut patet ex Dan. 2, 33, & 34. Hujus Nominis formam primam Guido in Lexico operis Regij non notat.

חָסִיר deficiens Dan. 5, 27. Etiam hanc Nominis hujus formam primariam Guido in Lexico Operis Regij prorsus negligit.

In Haphel **חָצַף** propriè acie suã incidendo pertinaciter penetravit. Ex Hebr, **חָצַב**.

In Haphel **חָרַב** exiccavit. Translatè devastavit.

חָרַטָם astrologus. Ord. 8. Perperam itaque id per **ח** in plurali, ex Dan, 2, 27, allegat Guidonis Lexicon in opere Regio.

In Paël. **חָרַךְ** ustione torrefecit.

חָרַץ lumbus.

חָשַׁב reputavit, propriè, in itã apud Iese accuratã ratiocinatione.

חָשַׁח opus habuit. Chaldaeis cum Accusativo. Neutraliter, ac sine Accusativo, opus fuit. Hinc Nomen Fœm. **חָשְׁחוּ** requisitum, quo quispiam indiget. De quo Nomine Lexicon Guidonis in opere Regio constructam saltem formam notat.

Hinc Nomen **חָשׁוּכָה** caligo.

חָשַׁל molestè lassavit ac quasi decorticavit.

חָתַם obsignavit.

TET

T E T.

טָאָב bono affecit. *Synecdochicè* effecit aliquem pulchrum: aut hilarem. *Hinc enim, Dan. 6, 24, habetur טָאָב in Passivo Peil, pro טָאָב. Confer supra פָּאָט.*

טָבַח lanius. *Habetur autem translata de strationis ac executoribus sententiarum in causis criminalibus.*

טוֹב. *Hinc Adiectivum טוֹב bonus. Translatè, hilaris: aut pulcher, ut: Ezra 5, 17.*

טוֹר petra. *Ex Hebr. צוֹר.*

טוֹת incœnatus. *Adiectiv.*

טוֹן lutum. *Affine est Hebraeo טוֹט.*

טָל *Hinc Dan. 4, 9 in Haphel (Quam coniugationem hic Guido in Lexico operis Regij non notat) הַטָּל inumbratus fuit. Ex Hebr. טָל & צָלָל. In Ord. 6. טָל ros serenâ nocte obtegens terram.*

טַעַם. *Hinc Dan. 4, 22 & 29, & cap. 5, 21 in Paël (Quod Paël Chaldaum hic Guido in Lexico operis Regij prorsus non memorat) טַעַם fecit degustare, synecdochicè, fecit comedere טַעַם aut טַעַם sapor aut prægustus. Translatè, gustus acti negocij est, iudicium, censura ac sententia lata de negotio quodam. Ut: Dan: 6, 3, יָהָב טַעַם deferre alicui sententiã. Et Dan. 3, 12, & cap. 6, 14, לֹא שָׂם עַל סֵלֶךְ טַעַם non ponit super regē sententiã suam & super pactionem, h. e. non componit sententiam suam cum sententiã & ratificatã pactione regis, sed iudicio proprio insolenter nititur. Transfertur item ad gestus ac mores.*

טַפָּר ungula. *Ex Hebr. Rad. צַפַּר.*

טַרְרָה iugiter instando protrusit.

I O D.

יָבַל. *In Haphel הִיבַל deduxit. Ezra 5, 14. 6, 5. 7, 15.*

Quod

Quod Guido & Raphelengius per verbum deferre nimis late extendunt.

יבש. Hinc Substantivum יבשה, quod accedentibus Literis fit יבשה יבשה & c. tellus, ab ariditate sic dicta. Dan. 2, 10 nempe ex Hebr. יבשה. Ex quo Nomine Chaldaeo Guido in Lexico operis Regij refert emphaticam saltem formam יבשה, & mendose quidem per zere.

יָרַי acervus. Genes. 31, 47.

יָרַי. In Haphel יָרַי confessus est. Restrigitur plerumq; ad confessionem ac divulgationem laudis. Hinc יָרַי Iudæa, Et יָרַי Iudæus, nomen acceperunt à confessione nominis divini. Porro יָרַי, accedentibus Literis facit יָרַי יָרַי & c. & ulterius in Hagiographis in usu habet Duale יָרַי יָרַי Dan. 2, 34 & 45. De quo Duali Guido in Lexico operis Regij refert duntaxat formam יָרַי יָרַי per duo Iod media, quorum posterius motionem prioris Iod in Paraphraseων scripturâ sine punctis saltem exaratâ denotare debuit: quod Iod posterius, ascriptis postmodum punctis superfluum, oportuisset tolli. Sæpissimè id ipsum monente Grammaticâ etiam Merceri, Guidoniano Lexico præfixâ. Significat autem propriè partem corporis geminam, nempe manum. Translatè adhibetur Hebraeis de qualibet latitudine aut quolibet situ ad latus constituto. Item de vi ac potestate, & pro trophæo metaphoricè usurpatur.

יָרַע cognovit. In Kal Imperativo facit יָרַע & c. Et Fut: Kal יָרַע יָרַע יָרַע & c. per Dages, non cum quiete primæ Radicalis. Et per resolutionem Dages יָרַע יָרַע Dan. 2, 30. In Haphel יָרַע יָרַע fecit cognoscere. Hinc Nomē יָרַע יָרַע cognitio: Dan. 5, 12, iterum pro more Dages in Nun resoluta, pro יָרַע, quod in Paraphras: Esa. II habetur.

יָרַב dedit. Quod & יָרַב, ut patet ex Dan. 4, 13 & 20. Cum significatione Oneravit, quam fictè Guido ascribit, Verbum hoc nusquam in usu est. H יָרַב

יום. dies. Plural: יומין & יומין.

יחר. Hinc חר unus. Dan. 2, 31. Guido in Lexico operis Regij scribit saltē חר per Camez: ex quo sanè forma חרה, Dan. 2, 9, non posset deduci: quippe cū - ultimum Nominum Masculinorum in progressu formationis nunquam allevetur in scheva in Linguâ puriore Babylonicâ.

יחם. Hinc חמה seu חמה ardor indignationis. Dan. 3, 13 & 19. Utraq; forma in Lexico Guidoniano operis Regij prorsus negligitur.

יטב. bonus fuit. Translatè, hilaris, aut pulcher fuit.

יבל. prævaluit, vel, valuit sustinere. Cum Accusativo. At absolutè, Potis fuit. In Imperat: Kal facit בל. Et in Fut: Kal אכל נכל & c. seu אכל נכל & c. Præteriti forma genuina patet ex Dan. 2, 47. 6. 21. Quam Guido in Lexico operis Regij planè negligit.

ים. mare. Transfertur in genere ad quamvis abundantiore aquarum collectionem. Ord. 6.

יסה. In Haphel הוסיף addidit.

יעץ. consilij indicatione juvit. Guido habet consilium iniit & consultavit: quæ constructioni Chaldeæ non correspondent. Porro in Paël (quam coniugationem Guido hîc in Lexico operis Regij non notat) יעץ consilij indicatione juvit diligenter. Huius Passivum habetur Dan. 6, 8. Nomen est עצה instructio consiliaris.

יצב. In Paël יצב certus substitit in aliquâ re. Hinc Nomen Adiectivum יצב qui certus subsistit.

יקר. incensus fuit. Inde enim fit Benoni Kal Fœm: יקר & per usitatam Chirec parvi cum magno permutationem יקר incensa. Dan. 3, 6 & 20. Qualis commutatio Chirec parvi in magnū habetur etiam in alijs, Vt: Dan. 3, 15, dict: 38, quæ cap. 6, 17 extat cum Chirec parvo. Nominaliter item pro incendio usurpatur Peil fœm: יקר per zere: iuxta usitatam zere & chirec permutationem.

יָקָר gloria. יָקִיר preciosus. *Adiectivum.*

יָרַח mensis. *Accedentibus ad finem Literis fit יָרַח*
יָרַח &c. per pathach.

יָרֵכָה propriè latus femoris. *Translatè quodlibet latus*
notat.

ישן. *Hinc שָׁנָה somnus. Ut patet ex Dan. 6, 19.*

יָּ praefigitur Pronominibus inseparatis, quibus imper-
tit vim Accusativi. *Ut יָּ יְהוָה יְהוָה me, te, eos, &c.*

יָּ confedit. *In Haphel הוֹתֵב fecit confidère. Ex*
Hebr. יָּשָׁב.

יָּתֵר. *Hinc Adiectivum יָּתֵר amplius.*

C A P H.

כּ Particula inseparata syntacticè praefigitur vocibus
à fronte, & semper est similitudinis ac comparationis no-
ta. *Ideoq; pro Latinismi exigentiâ, redditur Sicut, Tan-*
quam, κατὰ sive secundum, taliter, aut etiam (cum Nu-
meralibus Nominibus adaptatur) Circiter. Quoties verò
verbo Infinitivo praefigitur, facit, ut id apud Latinos in
subiunctivo efferatur. Hoc pacto, Ut: כַּמְּאֵר secundum
dicere, hoc est, dum diceret, vel etiam, dum dicit. Nisi
tunc Infinitivus Nominaliter usurpetur: id quod huic ipse
Infinitivo accidit Ezra 6, 9, iuxta verbum.

כָּזָב mendax. *Adiectivum ex Hebr. כֹּזֵב.*

כָּה taliter. כָּה עַד usq; taliter, hoc est, usq; huc.

כָּהֵל potis fuit. *Extat in Benoni Kal Dan. 2, 26. 5, 18.*

כָּהֵן functus est sacerdotio. *Extat in Benoni Kal E-*
zra 7, 12 & 21.

כַּיִן fenestræ. *Plurale Gen: Fœm.*

כֶּכֶר talentum. *Transfertur apud Hebraeos etiam ad*
aliarum rerum formam orbicularem.

כָּל Univerſus, a, um, &c. vel Quivis, quævis, &c.
 Utroq; Numero & Genere. Et cum conſtruitur Adverbialiter,
 Univerſim. Adiectivè nunquam poſtponitur ſuo Sub-
 ſtantivo in formâ abſolutâ. In formâ emphaticâ verò **כָּלָא**
 aut **כָּלָא** vel venit ſolitarium; vel adheret ponè ſuum ſub-
 ſtantivum Singularis Numeri. Ut Dan. 2, 40. Ezra 5, 7. In
 oratione negativâ plerunq; Latiniùs redditur per Quis-
 quam, Quicquam, &c. Affiguntur huic vocabulo Prono-
 mina ceu Nominì Ordinis ſexti, & referunt perſonas præcc-
 dentes aut ſequentes. Ut: **כָּלֵי כָּלָא** &c. (Et: Dan, 2, 38. &
 7, 19.) Quorū loco Guido exprimit formas **כָּלָא** & **כָּלָא**
 & **כָּלָא** &c. in quibus Vav debuit referre punctationem
 Dages fortis & Kybbuz, in ſcripturâ Thargumicâ punctis
 deſtitutâ. Sed quod poſtmodum, accedentibus punctis, meritò
 debuiſſet tolli: ut ſape monet Grammatica Merceri Gui-
 doniano Lexico præfixa.

כֵּן Adverbium, Congruè ſeu congruo modo. Quan-
 quam plerunq; reddere licet etiam per Adverbium cogna-
 tum Taliter. Porro **כֵּן** taliter. Compoſitum & **כֵּן** & **כֵּן**.
כֵּן collegium, conſtans ex viris pari officiorum
 genere fungentibus.

כָּנַס congregavit. Ex Hebr: כָּנַס.

כֶּסֶף argentum. Accedentibus ad finem Literis **כֶּסֶף**
 &c. per pathach ſub Caph.

De **כֶּסֶף** & **כֶּסֶף** & **כֶּסֶף** vide infrâ ſub עָנָה.

כֶּסֶף & in Paël **כֶּסֶף** vinxit. Cognationem habet cum
 Hebr: כֶּסֶף.

כֶּר corus. Nomen meſſuræ frugum.

כֶּרֶת tiara.

כָּרַח excidit. Translatè latiùs uſurpatur in genere, pro
 Expromere: aut etiam, Exhaustire viribus ſeu Debilita-
 re. Ut:

re. *Vt sermè Dan. 7, 15. Quòd autem Guido hanc Radicē
vertit Contrahere, & Raphelengius Arctari, & pleriq;
Hebræi Lexicographi Emerere: ea omnia nullo certo nitun-
tur Scripturae fundamento nec Hebræo nec Chaldaeo.*

כרו. *In Haphel הכרו ἐκήρξεν edixit voce præconiā.
כרו κήρξ præco. Dan. 3, 4. Ex quo loco Lexicon Guidonis
in opere Regio viciose per scheva sub Caph allegat.*

כרסא cathedra Dan. 5, 20. *Eam Nominis huius for-
mam Lexicon Guidonis in opere Regio prorsus negligit.
Porro cum Pronomine כרסיה & c. Plural: כרסין Generis
Mascul.*

כתב scripsit. כתב scriptio.

כחלין paries. Dan. 5, 5. *Extat & Plurale Ezra 5, 8, כחלין.
Has Nominis formas Biblicas Guido in Lexico operis. Regij
prorsus negligit.*

Sphalmata typographica in hunc modum corrigantur.

A. pag. 2, lineā 35, lege חרל. 3, 9 מונין. 3, 15 אחיה. 3, 16
מאחריר. 3, 30 אחרי. 3, 29 אחרי. 3, 22 אחרו. 3, 21 אחון.
4, 2 אכל. 4, 7 א. 4, 30 אמר. 4, 34 אמין in masc. B. 1,
15 Plurale ארחן (sub ר per simplex scheva). B. 2. Margi-
nalia ex secundā facie transcribe ad marginalia anterioris
faciei. B. 2, 41 dilatatione. 2, 61 פארויבן. 3, 58 ארבה.
4, 31 רע. 4, 34 pro orationem lege crabronem. D. 1, 59
tandem ad. 2, 47 autoris. E. 2, 51 בקר. 4, 3 גון. F. 1, 6,
sine. 1, 32 adminiculatur. Porro. 1, 41 מרור. 2, 6 responde-
at. 2, 32 Idem valet הכרו. 3, 24 נהה. 3, 36 cum Raphe-
lengio. 3, 52 urgere. 4, 35 attendite. 4, 54 ויכל. G. 1, 23
וין (sub Thav per scheva) וי, 27 ויקי (per Camez).



Ad Respondentem,

Dn. OTHONEM MUSMACHE-
RUM, MELRICHTADIUM FR. S.S.
Theologiæ Studiosum.

Non omnis, qui librorum velut heluo, totas
In studiis noctes conterit, atq; dies,
Nec tamen unquam audent docto ore laceſſi-
ſere quenquam,

Si de re dubiâ quæſtio mota viget:
Sed potius, ſigno oſtenſo qui comminus hoſtem
Provocat, & docto diſſerit èloquio;
Is demum illuſtrem ſibi promeruiſſe coronam,
Et docti poterit nomen habere viri.

Scilicet hic etiam circum præcordia dudum
In Muſas, Otho, jam Tibi ſedit Amor.
Hinc & Tu prodire foràs cupis, exq; periri,
Chaldaico poſſit quid Tua lingua ſono.
Perge hanc, perge viam, labor hic Tibi præderit, olim
Cum laude ut doctis annumerere viris.

M. Nicolaus Herman, Popularis.

ALIVD.

A L I V D.

Εἰ γλώττη πέλεται, αἰεὶς νυκτῆς τε, καὶ ἡμῶν
 Σπᾶδαζεν δέεται, γλώσση Ἑβραϊαῖα ἔφυ.
 Ἡδ' ἱερὴ παιδαξ' ὅς ἐκείθεν ἀφύσσει ἄριστον
 Ἐξαφύσει τὸ ὕδωρ, καὶ φίλῳ ἐστὶ σοφοῖς.
 Τῆδε ἐπεὶ χαίρης, φίλε ὦ Ω, ἐκείθεν ἀφύσσης
 Νυκτὶ κλέος τύνη, εἴτε σοφοῖσι φίλῳ.

M. VV olfgangus Schallerus
 Fribergius.

A L I V D.

QVò rata mobilibus distant, æterna caducis,
 Divina humanis, claraque nocte dies:
 Omnibus hoc præstat reliquis *Hebræa* sacrata,
 Consilij æterni nuncia Lingua patris.
 Ipsa DEI interpretis, divinæ conscia mentis,
 Nil nisi divinas spirat, anhelat, opes:
 Ipsa viam ad vitam pandit, sedesque beatas:
 Ipsa Dei auspicijs nata, probata, bonis.
 Ergò, cum præter reliquas addiscere Linguas (des,
 Hanc etiam, *Otho*, S A C R A M non sine laude stu-
 Ut potior valeas ad fontes hâc duce sacros
 Ferre gradum, & capias regna beata poli:
 Laudo Te varias didicisse fideliter artes,
 Insuper & Linguas te quoque nosse bonas.
 Perge modò, & tempus dum fert, desistere noli:
 Immortalis honor nam venit inde Tibi.

Sua vîssimi contubernij, arctissimæ amicitia,
jucundissimæ fraternitatis ergò F.

Iohannes Stöckel, Vratislaviâ-Silesius.

ALIVD.

A L I V D.

EST aliquid sacra monumenta evolvere Lingua,
Et petere ex ipso fonte salutis aquam.
Est aliquid veterum cognoscere dogmata vatam,
Quidq; in eis qua vis verba, phrasasq; notent:
Depravata suo sed restituisse nitenti,
Hoc opus, hic labor est, hoc decus eximium.
Hinc utrumq; tuo dum perficis, OTHO, labore,
Quid vetat in laudes versibus ire tuas?
Linguarum studijs gaudes, nec caetera spernis,
Quae sunt grata solo, quaeq; beata polo:
Pergito, Romana rumpantur ut ilia genti,
Et per Te Christi multiplicetur honos,
Crescat honos Christi per Te, quem turpis Apella
Conatur varijs destruere usque modis.
Pergito, coepisti veluti, patria q; patrisq;
Nomina nominibus non peritura bea.
Sic studiorum Te fructus comitabitur ingens,
Et quondam ingenij premia digna feres.

Zacharias Virnius, Hilperhusanus, Fr.
lubens meritoq; apposuit.

F I N I S.

05 A 1809

ULB Halle 3
003 787 664


W/M

Bd. 1





Inches

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

VRVS
 M HAGIO-
 GVÆ CHALDÆÆ
 VITATIS PURITATE, DA-
 monumētis Chaldæis collectus:
 ssimum opera data est, ut dictio-
 crudioribus Iudæorum & Pon-
 erti Bellarmini & Guidonis
 itis æquivocationibus ac
 s defecarentur.

AC
 i Academiâ publicè pro
 utationi alteri,

& explicantur singulæ di.
 aldaices usque ad numerum
 dimidium.

Corrigenda

olw Isw
 majore Theologico
 m 31. Maij.

ESIDE
 AMO GIBE-
 ORGENSI,
 bondebit
 ACHERSVS, MEL-
 us Francus.
 BERGÆ,
 ohan. Gorman, Anno 1606.